


Set 91

n° - 121







I V S T I L I P S I  
P O L I O R C E T I C Ω N  
S I V E  
D E M A C H I N I S ,  
T O R M E N T I S , T E L I S ,  
L I B R I Q V I N Q V E .

*Ad Historiarum lucem.*

Editio quarta , correcta & aucta.



A N T V E R P I Æ ,  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,  
Apud Balthasarem Moretum , & Viduam  
Ioannis Moreti , & Io. Meursium .

M. D C X X V .

*Cum Privilegiis Casareo & duorum Regum ,  
& Principum Belgarum .*

СЛОВА СОЛНЦА И ЛУНЫ

СИРНАЯ

БОГОУДОВОДОВА

ДЕКАДОНДОВОДОВА

2718331257271

SERENISSIMO PRINCIPI  
ERNESTO  
ARCHIEPISCOPO ET  
ELECTORI COLONIENSIS  
EPISCOPO ET PRINCIPI LEODICENSI,  
MONASTERIENSI, HILDESHEIMENSI,  
FRISINGENSI:  
COMITI PALATINO VTRIVSQ. RHENI,  
DVCI VTRIVSQ. BAVARIAE, VVESTFALIAE,  
ANGARIAE, BULLONII:  
MARCHIONI FRANCIMONTANO:  
COMITI LOSSENSI, LONGIENSI, HORNENSI:  
SED ET ALIBI PRINCIPI AVT DYNASTAE:  
IVSTVS LIPSIUS  
LIBENS MERITO DEDICAT CONSECRATQ.



I B E N S , inquam , merito ,  
 hoc quidquid est ope-  
 ris , tibi S E R E N I S S I M E  
 P R I N C E P S consecro , &  
 frontem eius splendore  
 nominis tui illustro . Mul-  
 ta me impellunt : Benefi-  
 cia tua , Dignitas & am-  
 plitudo , ipsum operis Argumentum . Sanè  
 beneficia tua , imò & tuorum , expertus sum ,  
 ex quo pedem primùm intuli & posui in  
 Eburonum vestro solo . Quidquid benignè  
 dici fierique potest , à plerique mihi dictum  
 aut factum est : à te in primis tali Principe , qui  
 vltrò vocare , noscere , sed & adsciscere &  
 proprium habere tibi , honestissimo congia-  
 rio , voluisti . Neq; ego nolui , fateor : sed patriæ  
 meæ amor aut miseratio , tum & noua cum eâ  
 adstrictio , velut tribunicia quadam vi inter-  
 cesserunt , & abesse me à vobis adegerunt , et-  
 si corpore , vix animo seiunctum . Quoties il-  
 lò ad vos redeo ? quoties sermones & adfe-  
 ctus vestros ruminor ? tuam autem maximè  
 incredibilem in illâ altitudine comitatem :  
 quam nuper etiam regustaui , cùm à fontibus  
 vestris (ad quos parùm fausto pede ieram ) re-  
 duci . Bona Fortuna mihi copiam fecit vultus  
 sermonisque tui videndi obiter & fruendi .

Quòd

Quòd si hæc priuata non essent ; Dignitas tam  
en tua & gentis splendor, hunc talem cul-  
tum cur non sibi vindicent ? cùm & tu inter  
sacri ordinis primos emineas, atque adeò à  
summo illo capite , si potentiam & latitudi-  
nem imperandi spectem , próximum te dixe-  
rim aut secundum. Tua est Archiepiscopalis  
Vbiorum dignitas ; tua Episcopalis Leodi-  
censis , Hildesheimensis , Frisingensis , Mo-  
nasteriensis : & annexiis tituli , Septemui-  
ralis imperij, Principatus , Ducatus , Comita-  
tus, aut Dynastiæ. Atque hæc pro virtute aut  
meritis in te congesta : tum etiam pro splen-  
dore inclytæ & vetustissimæ tuæ gentis. Quæ  
est in orbe Christiano , imò & extero , quæ  
vobis vetustate & continuatis imperijs se  
præferat ? Nam illa , si assensum famæ & tra-  
ditionibus præbemus , ante Christi ortum  
orta est : aut si antiqua nimis & quæ fidem  
tempori debent , seponimus , certis iam An-  
nalium monumentis , ante Attilæ tempora  
opibus & potentia floruisse comperiemus.  
AD ALGERIO Bojorum rex tunc legitur, qui  
cum Alemannis suis in Francos profectus ,  
prœlio insigni ad Tolbiacum vicum inter-  
fuit, atque adeò interiit. Ab hoc THEODO ,  
qui magno Clodoueo belli in Burgondio-  
nes, itemque in Alaricum , auxiliator & con-

sors : iterumque THEODO alter, cui à rebus gestis cognomen MAGNI fuit, qui vindex propagatörque imperij, aquilis & gente Romanorum pulsis, fines suos Alpium iugis terminauit. Mox THEODOVALDA, vel hoc nomine memorandus, quòd primus salutari aquâ & fide nostrâ tinctus, religionem in fines vestros intulit : atque arma deinde mouens in impios, Hunnos dico atque Abaris, primùm victus, eos vicit : tum & à Narsete vocatus in Italiam, partem eius subegit, atque adeò Rex etiam audijt Italorum. Quid alios commemorare opus TASSILONES, VTILONES, GARIBALDOS, & tot illustria nomina? Are meā, & decoro etiam abeam, si stemma tuum totum replicem : cui vel hoc ad gloriam sati sít, originis riuos communes habere cum fonte Carolino: id est cum PIPINIS & MARELLIS, atque illis heroibus, qui leges, reges, & Imperatores dederunt in plerumque Christianum orbem. Ipsiis adeò vobis Imperatorem propriè, & in scaturigine vestrà, video LUDOVICVM BAVARVM, virum undique summum, fatente inuidiâ: si tamen Principem illum sacrorum, in animum induxisset, paullò magis aut vereri, aut certè reuereri. Sed cùm solâ eâ exceptione laudetur: & iam sine vllâ, eius pater LUDOVICVS SEVE-

SEVERVS, Septemuir Imperij: cui duo peculiaria & rara ad laudem sunt: prius, quod in ea dignitate probitas & sapientia eius pariter sic enituit, ut in caligine summâ temporum, & desperatione Germaniæ, solus à collegis, solus inquam, ius acceperit legendi Imperatoris, & per eum res labentes aut lapsas restituendi. Fecit, prudentius nescio, an felicius: cum eius voce ac renunciatione RUDOLPHVS primus ex Habsburgensi Comite scepta imperij suscepit, & fataliter deinde ad posteros transmisit. Alterum, quod eadem prouidentia rebus suis & genti priuatum decus intulit, ducta in uxorem MACHTHILDE eiusdem Rudolphi filiæ, è quam mixtione & velut infitione vos istæ stirpes fructicatis. Ecce antiquitatem, ecce potentiam: quid prudentiam & virtutes? vtraque eximia. Ut in paucis exemplis doceam: LUDOVICVM cognomine DIVITEM, quam verè diuitem atque uberem earum esse oportuit, cuius Aula velut Ara fuit, ad quam è Germaniâ undique confluenter, & lites, imò bella, voce ab oraculo illo edita, sedarent? Res ita est, solo interuentu suo ( mira, nec nisi à magnis meritis auctoritas ) Principum ac Dynastarum iurgia composuit, & strictos iam gladios inhibuit ac repressit. GEORGIVM item

DIVI-

DIVITEM, studiis ac sacris operatum addo : qui vtrorumque amore & honore, Musæum illud publicum exstruxit , quod hodieque Ingolstadij floret , & vectigali ac pecuniâ annuâ instruxit. ALBERTVM TERTIVM non commemorem? Res iubet & vetat : quæ sic rara , sic magna , vt fidem inuenire vix pos- sit , etsi narranda ex fide. Ille virtutibus domi & foris ita claruit , vt Bohæmi Rege de- stituti ad eum miseriñt , ipsūmque vocau- rint: vocauerint, sed non impetrauerint (quis mihi credet? ) cùm regno & sceptro omni præponeret Modestiam & Quietem. O ti- tulum nouum pulchrūmque in vestrā imagi- ne! & mihi certè super omnes Regū aut Im- peratorum. Adeste ambitiosi, videte. en hic, qui regnum oblatum altâ sapientiâ spernit & reijcit, quod vos per preces , fraudes , en- ses , impetratum itis aut ereptum. Nec ve- rò ALBERTVM QVINTVM patrem tuum si- leam: heroëm , qui nisi in turbida hæc tem- pora diuinitus datus fuisset; religio aut impé- rium in Germaniâ vix esset. Ille furentibus se opposuit, frêna licentiæ dedit: linguâ, men- te, gladio , cùm opus fuit, pugnauit. Et vo- cauit in subsidium aut excitauit præstantif- simos vndique viros : in his Patres SOCIETA- TIS I H E S V , quos ille velut Prætorias quaf- dam

9

dam cohortes, contra hærefes, in finibus suis  
disposuit & collocauit. Dignus patre, &  
æmulus supereſt, Dvx Gvilielmvs tuus  
frater: ipſe tu. qui primum hoc ſemper in im-  
perijs habuisti, fulcrum imperiorum ferua-  
re, religionem & pietatem. Iſta ſunt in Di-  
gnitate tuâ & gentis ſplendore, quæ me in-  
citarunt: ſed & operis, vt dixi, Argumentum.  
Quale id eſt? M ECHANIC A ſunt &  
P O L I O R C E T I C A quæ damuſ: id eſt, ingenia,  
aut inuenta veterum, ad oppugnandum aut  
repugnandum. Dupliciter tibi conueniunt:  
ſiue quia delectaris, ductu ætherij tui inge-  
nij, acrioribus iſtis & ſubtilioribus: ſiue quia  
tali Principi & tam latè imperanti, opus ſci-  
re hæc quoque arma aut tela, vel ad tuendum  
vel ad vindicandum. Vtrumque enim in du-  
plici hac purpurâ vſu tibi venit, fortaffe &  
veniet: vt conditio temporum, & ſitus re-  
gionum tuarum eſt: quæ iunctæ aut adſitæ  
ad noſtram Belgicam, ex grandi & diuturno  
eius incendio alibi ignefcunt, aut ſcintillant.  
Et quamquam fateor pleraque ex iſtis aboli-  
ta iam aut deſita, vnioco inuento fulmineæ  
noſtræ Bombardæ ( Lombardam Annales  
ſuperiores dicunt) tamen & quædam vſum  
etiam nunc habent, aut habere certè poſſunt,  
ſi quis rimabitur: & illum ſine coñtrouersiâ

fructum donant , intellegere res antiquas.  
Qui mihi maximè in oculis , professione,  
instituto , sed & recenti à Regiâ benigni-  
tate titulo , facto ad Historias veteres no-  
uásque illustrandas aut scribendas. Caussas,  
SERENISSIME , habes , consecrati operis,  
quod ipsum & me vnà nunc dono : felix il-  
lud, si in manum ; & me , si in animum par-  
te aliquà admittis. Louanij, xvi. Kalend.  
Mart. 15. xcvi.



LE-

# LECTORI.



VOD decret MILITIAE plena, Lector, habes, MACHINAS,  
 TORMENTA, TELA. Rem  
 illepidam, subtilem, aut tricosam:  
 & ideo stilus & scriptio fortasse no-  
 stra alibi horrescit aut arescit. Sa-  
 nè überem segetem dare in macie hac agri, difficile  
 est: Nec istud sit ebur, è quo statuam fons Olympij  
 Phidias aliquis effingat. Sciantur tamen utiliter ad  
 historiam Graciam Latinamque: in quibus qua pagina  
 propemodum est, in quā non incurvant? Sed de sti-  
 lō, parvum est, rem modò si tetigi: quam ipsam ve-  
 reor ut parcè aliquis à me dixerit, aut non datam.  
 Id quoque consilio, non negabo: cùm animus aut ra-  
 tione non impelleret, illa fabrorum aut tectonum  
 propria examinissim proponere, aut omnibus membris  
 deformare. Vidisse, & digitum intendisse, satis sit: alibi  
 etiam non vidisse aut alucinatum esse, in rebus quas  
 ademit fugitiva oblinio, veniam habeat. cùm illud  
 Varronis appositi h̄ic præscribam: Non mediocres  
 tenebræ in siluâ, vbi hæc captanda; neque eò,  
 quò peruenire voluimus, semitæ tritæ; neque  
 non in tramitibus quædam obiecta, quæ  
 euntem retinere possint. Sed lineas tamen aut  
 rudes formas rerum operūmque duximus: & siquid  
 eò facit, ex antiquis mediisq; scriptoribus conduxi-

mus: nec arduum, si quis tanti putabit, colores plures addere & in facie istac proponere germanam & plenam. Principum hoc opus & cura sit, fateor: tua SERENISSIME ELECTOR (iterum te compello) qui libris nondum vulgatis, aut formis quoque antiquis (in Armamentariis latere arbitror) conquistis, in claram ista des & sine nube aliquâ lucem. Hortor te ut facias: & me quoque, si voles, impendam, ut ista iterum certiora, auctiora, picturis politiora, te auspice diuulgentur.



I. L I P S I  
 POLIORCETICON  
 SIVE  
 DE M A C H I N I S,  
 T O R M E N T I S, T E L I S,  
 L I B R I P R I M I  
 D I A L O G V S I.

*Miscellanei sermones, & præcipui semen atque occasio.*

  
 NEburonibus cùm essem, valetudini recreandæ, domus & hospitium mihi fuit IOHANNIS FVRRII, primarij inter sacerdos ibi mystas viri, & mei ac litterarum peramantis. Multa mihi ab eo humanitas, sermones cum eo iucundi & crebri, & fors fuit, ut die quodam mensis lunij iste. In horto eramus, atque infit: Amicos hic, Lipsi, multos habes: quod audio cottidie, & gaudeo. Lips. Fateri debedo. & omnes enumerare ambitio sit, paucos iniuria. FVR. Tamen inter eos vicini mei duo eminent, IACOBVS, CARON DE LETVS vir nobilis, collega noster & Cancellerius: tum PETRVS ORANVS Iurisconsultus, & Principi consiliis. Horum vterque quam ardenter te amat? Lips. Et redamantem quidem. sed ARNOLDVM WACHTENDONCKIVM cur omittis? cur LAMPSONIVM, imò LAMPSONIOS? cur plerosque, uno verbo, procerum vestrorum? Amare hanc urbem debedo, in quam sic amor. FVR. Fac igitur, & serior noster esto. Lips. Nonne sum? clamo & testor. FVR. Mansione dico noster, nec hinc aliò te ducas. Lips. Enim uero amice iucundum sit, si possim. Præter vos, Fontes etiam vestri me teneant, quos sensi equidem salutares. Sed patriæ quid debeam, non ignoras: & hospitium mihi hanc urbem esse, non domum. FVR. O si aliter! & si herum illum atque herocm.

nostrum audias , qui inuitat ! sed is nunc abest , & Germania sua eum habet, dolitum cùm audierit migrasle. Et bona fide Lipsi, in patriâ quid nunc est quod alleget? Iacet & deformis est, aliarum quam tuarum artium , tota domicilium horridi belli. L I P S . Agnosco, & tecum ( nam & tua hæc patria ) doleo : sed vel miseratio me inducit, vt pro parte virili subleuem, aut certè soler. Periclitabor? esto. vt Curtius ille in apertum hiatum terræ præcipitauit, amore quodam patriæ : sic ego vel in medium discrimen , eâ inuitante; F V R . Heu, non mihi, non amicis hoc placeat: sustine. Vides enim atque audis cottidie res aduersas: & iam de Zutphaniâ, de Dauentriâ captis, recens & certum est. L I P S . Audiui. sed vt Hectorem illum sui frustrâ ad portam retinent: sic tu me. Meministin' verbi quod Plinius in epistolâ quâdam ponderat , & in morituro miratur? \* *Kērpsa*, F V R . Parce, vel ominis caussâ. L I P S . Quin tu parce, & omitte. at de Dauentriâ, dic sodes, quomodo sic subito capta? nam munita habebatur. F V R . Vi, vt aiunt, tormentorum : quibus non muri, non yiri vlli restiterunt. Et profecto Lipsi, iam hac parte superaimus veteres , quos tu atque ego aliâs miramur. L I P S . Fatendum est. et si nec iis defuere Machinæ , ingeniosæ , variae, quibus hæc talia patrabant. sed vnum hoc inuentum scilicet igneorum tormentorum , disicit aut diffiat omnia valida veterum , aut acuta. F V R . Ingenium haud frustra iis tribuis, sed nec varietatem. Pluscula enim talia in Historiarum libris lego: & cùm lego , subsistere me facio , nec formam aut modum satis videre. Nominum tenuis ea nosco. Docesne me semel Lipsi, quoniam casus aut Deus in hunc sermonem tulit? L I P S . Arduum petis, sessionis , non ambulationis ; bibliothecæ , non horti hòc opus. F V R . Ergo ecce & biblioteca ad manum , in eamus. L I P S . Quin ecce alij præ manu, maneamus . Nam fallor? an illi ipsi ad nos veniunt , quos antè nominauimus? F V R . Ij sunt, Carondeletus, Oranus, Lampsonius : miror quid tam manè velint. Saluete ô Tresuiri, sed non, vt opinor, Capitales. C A R O N . Imò venimus vos abductum. F V R . Quò, aut quid? C A R . Non in carcerem , sed in liberum locum, ubi benè vobis sit & iucundè. Imus Lipsi? L I P S . Dic clarius: quò? C A R . Ad delicias tuas, hortos.

\* Decreni.

hortos. Nam ita inter nos conuénit, viserè hodie S E R E I V M Principis ( Suburbanum eius sic vocant ) fabulari illīc suauiter, & conuiuari. L I P S. O quām per tempus aduenistis! eamus. Nam Furius hīc me ad machinas pānē alligarat: iam soluor. F V R. Laxaris, ne erra: cathena etiam mea te reducet. L I P S. Sed vbi A D A M V s nōster L E M P V T I V s est? nōne is vna? O R A N. Ille verò vel maximè, fidus tuus comes. L I P S. Cuius officia & obsequia in toto hoc itinere, numquam plenē dilaudeim. In eo didici, verum illud vetus: *Nihil homini amico est opportuno amicius.* Sed eamus: vbi Furius? O R A N. Heus Furi, iámne moraris? F V R. Iámne vt soles, & cales? O R A N. Non negamus, Calor & Candor duæ notæ Eburonum. Sed quid tecum effers? F V R. Viaticum, hos libellos. nam aliquid meditor. L I P S. Méne aspicis? bene eueniat, si quid boni.

## DIALOG. II.

*De nomine & scripturâ Leodici vrbis: tum initium sermonis Machinalis.*

I AM in viâ eramus, per urbem ad portam venimus, vbi flumen & paratae cymbæ: Ad nos Carondeletus, An consendimus, an in matutinâ istâ aurâ magis ambulamus? O R A N. Imò ambulemus. nam paullula via est, nec plus passuum mille. F V R. Quid tamen Lipsio videtur? O R A N. Ambulare. quod nos Licinij Craſli peruererimus, facilè hic Licinius Macer. C A R O N. Poteris Lipsi? L I P S. Admodum. nam à capite & pedibus satis valeo, media modò sunt in cauſâ. Tum & locat hæc magis videbimus, mihi hercules aspectu amœna, qui in æqualitate illâ delector. En colles, en valles; en alternatim prata, pomaria, segetes, siluas. Quid dicam, amici, nisi tres Deos vos amare, Pomonam, Cererem, Bacchum? Imò & quartum licet \* Vulcanum addam, qui sub his montibus, relictâ Liparâ, officinam suam habet. O apertæ opes, ô reconditæ! & quid de-est vobis, præter bonorum vestrorum sensum? Nam, vt ille ait,

*Non est beatus, esse quis e non putat.*

O R A N. Hæc ita erant, Lipsi, ante infausta vestrâ bella, quo-  
rum ignis nos quoque amburit. O mali semper vicini! & ve-  
terum

\* Ob fossiles carbonates, quo-rum illuc copias.

terum non sumus obliti. L I P S. Quid tibi vis? pungere Belgicos hos leones? vide ne iterum aliquis *Audax*. O R A N. O te audacem, qui nobis in solo nostro sic minaris! Gaude Leodium, quod non hic imperet. L I P S. *Leodicum* debebas dicere. O R A N. Quid? cum urbe non potes, nomen eius eueritis? L I P S. Restituo euersum, ne criminare. O R A N. Nihil audio, apage has nouitates. L A M P S. Ego verò audio, & serìo Lipsi nos hoc doce. Nec enim metuo ne inontes nostri subsident, aut Mosa cursum auertat, in litterulâ additâ aut adeemptâ. Et suauie est, in minimis etiam vera scire. Dic, quid subsistis aut metuis? L I P S. Hunc, ne me incurrat. L A M P S. Amore facit, quod facit: & scin tu litigia inter amicos, aut catuillos?

\* Me bella  
semper co-  
sequantur  
talia.

\* Α' ει τοις τοι με πόλεμοι διενοεν.

L I P S. Pax igitur paullisper Orane esto: audite. A nouitatibus abhorrere me fateor, si mortalium quemquam: præsertim in re seriat, quæ mores aut vitam spectet. At in istis litteratis aut Musis, sicuti error, ut solet, inoleuit; quæculpa aut inuidia est detexisse, & remouisse? Tale in celeberrimæ virbis vestre nomine, quod nupera neglegentia aut imperitia corrupit. Dico nuperā. & nego scriptum ullum paullò vetustius extare ante hos trecentos fortasse, & minus, annos, in quo *Leodicense* non differtè exprimantur. Sigeberti Geinblacensis Chronica manuscripta (puto ab ipsis æuo) apud me sunt: semper ita lego. Tábula apud vos plumbæa, non dudum eruta, sic præfert: N I T H A R D V S L E O D I C E N S I S E P S qui fuit anno Christiano M. X L I I . Alia etiam vetustior: EGO REGINALDVS LEO- D I C E N S I S E P S S E P V L T V S S V M I N H A C B A S I L I C A D.. L A V R E N T I I Q V A M A D I V V A N T E D E O C O N S T R V X I . Vetusta Caroli Magni vita: *Celebrauit Pascha in Leodico, vi- co publico*. Denique breuiter & fideliter, vestri sic Annales paululum modò vetustiores consensu habent. Ipsa etiam nostra lingua Germanica, an non fidem huic scripturæ facit? nam dicimus & scribimus palam *Luydijck*: Germani superi paulò fortius, ut solent, *Luttich*. Quid etymon ipsum & deriuatio? assentit. Nam in communi illâ scriptione obscurum aut nullum est, in hac mē clarum inquirenti. Vox enim composita profectò & nostrâs est, *Leode-dijck*: & compendio, *Leodijck*, & magis

magis vulgatè *Luy-dijck*. Quid significat? \* populi aggerem, aut <sup>\* Id est,</sup> limitem: quæ primogenia scilicet appellatio fuit vici an opidi <sup>publicum aggrem.</sup> vestri, super Mosæ ripam aggeremve siti. Nam Leodes populi sunt priscâ nostrâ dialecto: è quo fecimus deinde *Luyden* & *Lieden*. Credi hoc dicenti poterat: sed contra pertinaciam dabo & testes. Gregorius Turonensis: Ille à \* *Leodibus suis defensatus* \* *Leodes*, est. Et leuiter mutata litterâ, *Leudi*. Aimoinus: Omnes *Leudi* bo- <sup>populi, sed propriæ humi-</sup> nitatem eius cernentes, vehementer amauerunt. Idem: Christi sa- <sup>miores &</sup> cerdotibus humilem se præbens, *Leudis suis benivolum, gentibus ex-* ternis pacatum. Et ab hac stirpe illa sunt crebra nomina, *Leode-* nicus: quasi dicas \* *refugium & asylum populi*. quem facimus & \* *Liede-* scribimus hodie *Lodouicum*, vel *Ludovicum*. Réperio euimdein <sup>vrijck.</sup> in Annalibus *Leudevicum*, & in Cæsaris Commentariis *Lita-* uicum. Item *Leodulfus* \* auxilium populi ominatur & notat: aliâs \* *Luyd-* *Leudulfus*, *Lodulfus*, *Luithulfus*, *Ludulfus*: quas varietates in libris <sup>Qui id est, Volcar-</sup> est obseruare. Sed & \* *Leonardum*; aut *Lienardum*, magis hinc & <sup>est, Volcar-</sup> à populari indole, quam à *Leonibus* petam. Prona hæc ad h̄dem <sup>altare.</sup> sunt, & satis est signari: illud difficilius aut rarius, \* *Theoden*, pro <sup>Sicut T.</sup> *Leoden* eodem maiores nostros vulgo dixisse. Inde *Theodericus*, & L. solent <sup>& L. alternare.</sup> gentium diues, de cuius notione & scriptione frustrâ litigatur. Idem est *Theudericus*, & *Thiedericus*, denique mollius, *Diedericus*, & abscisè *Diericus* noster. Sed & *Liedericum* in Chronicis, pro codem lego. Quam rideo qui θηριον αλεπόν τοις hunc vertunt, & se ita inscribunt. Est ab eadem stirpe *Theodulfus*, \* *Theodemarus*; \* In famâ qui sunt aliter *Liudulfus*, *Leodemarus*, *Liudomerus*, & *Liuianus* il- <sup>populi.</sup> le *Litomarus*. Quid hodie noster *Volcmarus*? Inde & \* *Thioto*, si- <sup>\* Id est po-</sup> ue mollius *Diedo*: & nostra *Thiedonis villa*. Est in vrbe vestrâ liber olim scriptus, haud longè infra Carolum Magnum: qui *Psalterium Dauidis* Latinum habet, & suprà cuique verbo apposi- tiam interpretationem nostratæ linguae. Seruat eum A R N O L D V S. W A C H T E N D O N C K I Y S Decanus Collegij D. Martini, vir & bonus pariter, & doctus: atque utinam adesset! C A R O N. Velleim, sed æger à pedibus est, non potest. L I P S. In eo libro igitur vox hæc crebra (nam nunc exoleuit:) *Thiado*, gen- tium; *Thiadon*, nationes; *Thiade*, gente; *Thiat*, gens; *Thiede*, gentes. L A M P S. Itâne variè? L I P S. Ita. nam casibus & numeris suis (obseruaui) magis ac nunc variabant ac discernebant: pænè ad

Latinum ritum. Sed ad vobis vestræ etymon ut redam, faciunt & firmant, *Leodegarius*, collector populi: *Leopoldus*, & breuius *Leopoldus*, tutor assertorque populi, qui aliter etiam est *Thieboldus*, vel *Thibaudus*. Nonne & hic illud *Thiede* agnoscis, sed quod amat nostra lingua, curtatum? *Theodahadus* etiam ille Gothorum, siue *Theodatus* (populi benefactor) nomen habet isthinc. Hæc magis vera *Lampsoni*, quam *Becani* nostri commentum, *Leodienses* à *Leode* Homericu deducentis. Et iocos etiam miscet: illum sacerdotem, eumdemque vini non alienum fuisse: & addit (ignoscite aliena recitanti) vtrumque in mores esse & conuenire huius vrbis. O R A N. Ah, omitte illum, pñè dixerim, πυραση πλεόνα: dic de altero magis etymo, quod *Legiam* à legione petit. Scis enim quā regloriemur Eburones, & nobis cecidit *Titurius Sabinus*, & *Cotta*, L I P s. *Hem*, quam rideo! te quoque iudicij tam plebeij esse! non tamen sole in aliis mi. Orane. At enim hoc tale, non nisi pullato circulo dignum. Vnde igitur *Legie* vox? inquies. Nescio, & libros paullo vetustiores *Lhetgiam* scribere audio. Ergo vide ne *Lietgia* vel potius *Lietgas* olim fuerit: cum in \* *Divisione* vetustâ *Caroli* & *Ludouici* regum (ita inscriptio est) legam: In *Hasbanio* comitatus quattuor, *Masau superior*, quod de ista parte est; *Liugas*, quod de ista parte *Mose* est, & pertinet ad *Velsatum*. An non illinc vestrum *Lieges*? quasi dicas *Lin-gas*, compositâ voce, id est *Platæa*, siue *transitus publicus*, aut *popularis*. Sane *Gassas* etiam hodie credo appellari *Vias*, *Coloniæ Agrippinæ*. Ita alludat ad *Leodici* nomen; & hoc viam, illud aggerem publicum notet. Sed hæc per viam & lusum sic dicta sunt. Quid autem tu Carondelete substitisti? C A R. Nam ecce hic flumen; & è regione horti: transmittendum est. Intra in hunc pontonem: vos item alij, iam transiimus: en *Prætorium*, en hortus, L I P s. *Prætorium*, vulgare negotium, & vix pro nostro hoc Principe; horti in aspectu primo atrident. F v R. Magis hoc dices, si ascendas & ab aggere isto lustres. L I P s. Quis hic aggere? F v R. Vide, sequere, horto circumiicitur; sepes in eo vt lorica aut murulus; inferne ad pedem fossa: quid nisi munitio aliqua militaris aut castrensis? Et hercules Lipsi, ac vos amici, cum otium est, cur non peragimus sermonem militarem de

\* p. Py-  
thœm edi-  
dit.

Oppu-

Oppugnatione & Machinis à Lipsio affectum. LIPS. A me? nego. FVR. Tu negas? LIPS. Pernego. FVR. Quémne hodie in horto meo orsi, cùm hi interuenirent? LIPS. Nullâ memoriâ sum in hoc mörbo: nescio. CAR. Hem Lipsi, caue fallere. LIPS. Nam Carondelete quidicâ causâ huc veneriū? ego vero ad remissiones & iocos, & nolo quod intendat. CAR. Negare non possum, me quoque audiū huius sermonis esse. ORAN. Et faciet. LIPS. Quæ hæc factio est? ORAN. Factiosi non sumus. LIPS. Si ausim. ORAN. Quid? LIPS. Solent sic auditetur ciues. ORAN. Furi, hæc ferimus? vel ob hanc culpani Lipsi dicere dāmnas cito, aut in vincula ira. Hidieem me scis? LIPS. Et quidem perpetuum, quid ad me? à culpâ cùm sum innoxius, non sum vlli obnoxius. CAR. Extra cauillos aut iocos Lipsi, valde velim te hoc velle. Dies enim adhuc multus ad cibum: quid utilius aut iucundius agamus? Pendebimus & pasceatur a tuo ore. ETIPS. Mella non loquar: ad machinas & bellicamē vocatis, quid hæc ad delicias aut hor-tum? nisi quia nouis hic architectus munitionem & castra subito ex eo fecit. Sed quis iste qui huc intrat? & quidem recta ad nos. an 'Salus aliqua mea est', quæ seruabit? CAR. Profetò CAROLVS BILLHEVEVS hic est, vir generis & virtutibus nobilis, cura & tutela apud nos terum. Obuiam camus: Billéhee salue. gaudeo aduenisse. BILL. Ego vos tales inuenisse. O commodum sodalitium! sed vultus, vna mecum? CAR. Quo? BILL. In urbem, mox ad conuiuolum, si vide-tur. Nam ne dislimulem, Lipsium hoc sine quaerebam. Sed & vos grati, quos Deus iunxit. LIPS. Deus à machinâ Machinis me eripit: eamus Billéhee, non moror. BILL. Quo libentiū facias, aderit cognatus meus MARTINVS DELRIVS, quem scio quam ames; & quam te ille. LIPS. Eamus, moram tibi creas. CAR. Billéhee, non tuo modo hoc fieri, edico, & ius huc habeo. BILL. Quod? CAR. In Lipsium & istos, qui addi-cti mihi in hunc diem congerentes & coniuncti. BILL. Serio? CAR. Admodum. quia tu potius, ne quid turbes poster esto. Quod te alliciat, hic Lipsius de Oppugnatione & Machinis sermonem habebit: & iam habebat, nisi interuenisses. BILL. Eo quidem pretio maneo. heus pueri, capite hoc pallium: da ma-

num Lipsi, sed eamus. Commodum h̄ic vmbraculum, & scanna sessui sunt. LIP. Heu Spes & Fortuna, quām luditist. Qui adiutor sperabatur, auditor erit, & hoc quoque ad molestiam accedit, quod coram te taliudicam. Quod de Phocione olim Demosthenes, de te usurpem: Securis aduenisti meorum sermonum. Nam apud istos peccato meo alibi latebra esse poterat; apud te tantū venia. qui veterem & nostram militiam non lectione tantū, sed vsu & peritiā calles. Sed venia tamen hoc facilius impetranda, quod non voluntate peccabo, sed imperio: & isti me adegerunt dicere nihil minus nunc agentem aut cogitantem. Hoc quoque excusabit, spero. C. A. R. Faciēnius, ordire: mites nos tibi non iudices, sed amici.

**DIALOGUS IN LIBRIS**

**Nomen Machina, Machiones, Mangana. Origo rei tota inquisita.**

**O**RDIOR igitur, & quidem ab ipso nomine: quod Græcis est μηχανή, ἡδὴ τὸ μῆχανον, ut vult auctor. Etyimologiæ, ab inueniendo aut sapiendo: siue ηδη τὸ μηχανεῖν, ut Eustathius: οὐ μὲν οὐτε μηχανεῖν τὸ τετραγόνον, δηλοῦται μηχανεῖν επερχονταις: que hiscere scilicet aliquem non sinit, neque reprehendendi causā os soluere, ob efficaciam in eā & artem. Sanè ab ingenio consensu deriuat, quod interuenit: & posteriores scriptores Latini hæc ideo *Ingenia*, & eorum architectos *Ingeniarios* dixerunt. Asconius: *Machina* est, ubi non tam materiæ, quām ratio artis atque INGENII ducitur. Itaque fraudes, dolis, infidiae, in hoc nomen apud Comicos, aliosque, passim venerunt. Sed & molitiones altiusculæ, *Machinæ*. vnde Isidorus: *Machiones*, qui machinis insistunt, propter altitudinem parietum. Intellegit nostros hodie & Gallorum *Machiones* (Originem vocis discite) siue fabros clementarios, qui olim à machinâ *Machinones*, posteā *Machiones*, pronunciatiu illo Hispanico & Gallico, quo ch. pingue s. valet. Veteres Græci μῆχανα etiam hæc dixerunt. & ita Hesychius: Μηχανα, μηχανεῖσθαι: atque alij Scholiastæ Græci videntur. Hegesippus usurpauit libro IIII. cap. xx. de Nerone: *Manganum* sibi quoddam de ligno prorauit, quo se necaret. Sed & Constantinopoli *Mangana*, locus à Constantino exstructus: ubi (ait Glycas) omnia bellica instrumen-tare-

\* vti China, & ta-Sina, & ta-lia.

ta reposita, & libri de Mechanicis. Nam mansit vox ad infimum æuum, etsi corrupta aut flexa varie: de quo \* infrà videndum. Priusquam autem de Machinis dicam distinctius, Origoearum & progressus videtur indagandus. Res enim incertior, vt solent hæc talia, & alij aliis adscribunt. Vetustissima mentio, quam reperio, est in libris sacris, & ipse Moyses in Deuteronomio nominat cap. XX. *Siqua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia & in ceteros apta usus, succide, & instrue MACHINAS, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.* Etsi alij recentiores hîc Propugnaculū aut Munitionem, non *Machinas* vertunt. At enim certò postea de machinis in eâdem gente, II. Paralip. cap. xxvi. de Ozia rege: *Fecit in Hierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit & in angulis murorum, ut mitterent sagittas & saxa grandia.* Sed & in Ezechiele, atque alibi, mentio: ut nihil ambigam cum Eu- polemo apud Eusebium asserere, à Moysè pleraque armorum reperta, & machinarum. Sanè illud fagax & curiosa mens deprehendet, sacra, imperia, artes, ab Oriente ferè in reliquum orbem & in Occasum paullatim defluxisse. Hæc ita nobis visa: aliis aliter, & Græci, vana sœpè gens, tribuunt sibi. Homerum tamen & id æuum machinas ignorasse, ipsi Scholiastæ Græci tradunt: & res in eo clamat. Quod enim earum vestigium? nisi quoddam disputant, an ῥπόσται in eo scalarum quoddam genus sit, quod negant alij, & malunt pinnas mutorum esse. Non igitur illi prisci habuere. nec Statio absque alio auctore, temere accesserim, qui in Achilleide suâ, cùm facit Græcorum varios populos Achilli ad bellum contribuere & cōferre: addit,

*Murorum tormenta Pylos Messenique tradunt:*

sive ut alij libri, \* tendunt. Sed an tune igitur muralia tormenta? nemo alias dixerit, eorum quos hodie legimus; nisi forte Plinius, qui \* *Equum* sive *Arietem* (vt ipse interpretatur) inventum vult Troiano bello. Sed communiter ita nemo, nec ratio aut exempla vlla suadent. Athenæus quidem vetustam satis rem facere in Græcis videtur, sed non equum tamen definit: tan-tum Romanos hausisse & sumpsisse ab illis, fine libri V. I. οὐδὲ τὴν Ελλήνων μηχανὰς οὐδὲ πολεοποιητὰ μεθόρητα, τετοις ἀνταὶ κατεται μηχανῶν: *A Græcis machinas & instrumenta bellica cùm didicissent, ipsi eos aggressi sunt.* Hæc ita ille, me valde assensionis dubio & sus-

\* Quod spectaret ad tormentorum funes.

\* Vide infrà lib. II. de Ariete.

penso. Nam Romanos quidam iam olim machinis vſos reperto, imò sub regibus ipsis. vt in Liuio, de censu Seruij: *Centurias etiam fabrum duas ordinavit, quæ machinas in bello ferrent.* Et statim post reges exactos Dionysius, anno urbis C C L I I. agnoscit: apud quem Consul Romanus Camerinos oppugnaturs, κρίες προστάθηκεν οὐλίγανας, ηγάσσους πολυορχίας ἐργάτοιδεις: arietes & scalas protulit, & omni genere oppugnandi est vſus. Iterum, decennio infra, Consul in Corialanos, κρίες τε, καὶ γέρρα, καὶ οὐλίγανας ὠξεπίζει: arietes, & crates, & scalas apparabat. Quo magis minor euīdem Dionysium vacillare, & posteā anno CCCXII. scribere: εἴ τε χελώνας τὰς ράσεις αἱ καταπολεῖται εἰδότοις τῇ βόστῃ αἱθρόποι, εἴ τε τὰς καλύμνας ἐλεπόλεις: cum nec testudines eius cui homines parare noſſent, nec eas quæ Helepoles dicuntur. Niſi ēā mente id scribit (& opinor) quod quædam machinarum olim quidem repertæ, magisque necessariæ; non tamen illæ subtiliores & exactæ, Testudines & Helepoles nominatæ. Quis autem de Helepoli minatur, quam Demetrius denique, aliquot pōst sēculis inuēnit? At de Testudine magis, cūm Liuius eam palām celebret in obſidione Veiorum: *Quid turres, quid vineas, testudinesque, & alium apparatus oppugnandarum urbium loquar?* Quæ omnia illic adhibet, imò & Aggerem mox adiungit. Sed & Propertius iam antè agnoscit Vineas, ſicut ipſe Dionysius γέρρα, in Coſſi opimis, libro IIII.

*Dumque aries cornu murum pulsabat aēno,*

*Vineaque induxit longa tegebat opus.*

Sed quidquid huius sit, veteres, vt videimus, Romanis machinæ: atque adeò ante Græcos, ſi fas ab Athenæo (ſed fas) diſſentire. Nam alij ferè consenſu, ad Periclem auctorem, in cā genite, Machinas referunt. vt Diodorus libro XII. κατεπονθασε μηχανὰς θρῶτος τὴν περὶ αὐτῷ: τές τε ὄνομαζομένες κρίες, & χελώνας, Αἴρεμων Θετὸς Κλαζονείας καταπονθαζοντες: Struxit machinas PRIMVS omnium ante ſe, & eos qui Arietes dicuntur, & Testudines, Artemone Clazomenio fabricante. Ipsum hoc in Plutarchi Pericle leges: captum nouitate rei, vſum machinis, & habuiffe apud ſe fabrum inuentoremque Artemonem Clazomenium. Sed addit tamen, de Artemone diſſentire quosdām, & vetustiorem eum facere. Enimuerò ſub ea tempora Machinæ certò iam reperte, & Thucydides Peſopon-

Vide No-  
tas.

Ioponnesiaco bello palam miscet. Quod Aristoteles quoque dat intelligi, cum suadet magis opida muris claudi, additque: ἀλλως τε καὶ νῦν διρημένων τοῦ περὶ τὰ βέλη καὶ τὰς μυχανδες εἰς αὐτίστεαν τῷ πόλιορχίᾳ: maximè cum nunc reperta sint exactè, quæ ad tormenta. Lib. viii.  
τοῖς πολιορχίᾳ: Polit. cap.

autē machinas faciunt, vrbibus oppugnandis. Ait, nunc, id est, illo proximè æuo. Fuit autem Pericles circa annum vrbis cccxx. id est, saeculo toto antè. Non ergo Romani à Græcis: nisi quis censem à finitimis Græcis in Italiam habuisse. Quid si ab Etruscis, aut à se? quis abnuat, vel adfirmet? in nocte hæc talia, nisi tuba aut lux aliqua prodat litteratum. B I L L. Tu tamen curiosè indagasti: sed, quod miror, Diodori locum omisisti, de Sardanapalo: quem ait, libro II. Niniuen frustra obsedisse, inopiâ machinarum. & ὃ inquit, οἱ τεῖχοι οἱ λοι, οἱ χελώναι χωρίδες, οἱ κελῶνες οὐατεγονη μενικαρημοι τειχῶν, οπω καὶ οὐαίοις τοξευούσες οἰκεύεισθε: Nō enim Ballistæ aut Testudines, aut Arietes murorum eversores, illis temporibus adhuc reperta erant. Si autem Moyses habuit, & deinceps Iudæi: Vide No-  
nōne probabile periusisse in propinquum Orientem? L I P S. tas.

Probabile, & sunt tamen quæ contrà dicam. Probabile, & sunt tamen quæ contrà dicam. Probabile, & sunt tamen quæ contrà dicam.

## D I A L O G U M I I .

Diviso operis, tum de Oppugnatione Subita & per Coronam.


**S**E D de Inuentione, tantum est: distinctè ad ipsas imus. Quod ut ordine magis possit, triplices eas facio, *Machinas* pressæ magis & restrictæ, *Tormenta*, *Tela*. Liuius mihi præit ad distinguendum, lib. xxi. Naues partim MACHINATIONIBVS onerat, apparatuq; mœnum oppugnandorum, partim TORMENTIS & saxis, atque missilium T E L O R V M omni genere instruit. Tria istæc habetis, de quibus dicam: sed iterum cum discrimine, quia duplex Oppugnatio est, Subita & Diuturna. Illam pñæmittam, & quæ usui esse solent adiungam. Est Subita Oppugnatio, cum impetu, nec circumuallatione adhibitâ, incurront. Ad hæc rem Coronâ primùm usi, tum Testudine, sæpè & Scalâ, Cratibus, Musculis, & quæ leuiores sunt Machinarum. Si placet, istoc ordine videainus. Coronam primùm adhibeo: & ita solent, ad terrendum aut claudendum, sed & ad distinendum. Sæpè occurrit,

currit, coronā cingere urbem; coronā capere, expugnare: & valet in hunc sensum. Silius:

*Mœnia flexa sinu, spissâ vallata coronâ  
Alligat, & telis in morem indaginis ambit.*

Facit spissam coronam; id est duplicum, triplicem, aut suprà, ut numerus milium, aut magnitudo loci oppugnandi erat. In Ammiano: *Armatorum triplici coronâ muris circumdati*. In Iosepho: Διπλῆ τῇ φάλαγῃ υπλοῦν τὸν πόλιν, καὶ τείχιν ἔξωθεν ὁραστοῖς τὸν ἄποτον: *Duplici peditum coronâ urbem* (Iotapataim) *cingunt, & tertiam seriem equitum exterius ponunt*. Bonus ordo, notate. introrsum pedites, quorum inuadere; extrorsum equites, quorum inspectare & tueri. Et enim quidem series ita duplex aut triplices; sed cum appropinquabant, ratio vult magis arctatos multiplicatosque item fuisse, in gyro scilicet assidue angustiore. An non & corpora alibi militum & cohortes relictæ, ad subita belli, & subsidium aut præsidium? opinor. Hoc etiam amplius, primos ordines peditum scutatorum grauiorumque fuisse, qui cominus assultarent, inuaderentque: retrorsum leues aut velites, ut funditores, sagittarios, qui enim pellerent telis, & de-turbarent propugnatores. Obseruate etiam in Silij verbis de *Indagine*, cuin quâ comparat, à venatione! Græci cum *Sagenâ*, dicuntque rem ipsam Σαγνίνειν. Id enim est apud Herodotum, Platonem, Herodianum, alios, *Coronâ cingere*, & includere velut pisces. Nec in hac re aliud monendum.

DIALOG.



## DIALOG. V.

De Testudine militari, quid & quotuplex ea?  
eius vis & robur.

**S**E D Testudo sequebatur, quâ statim sub muris vñsi, vt tecti & conferti succederent, ascenderentque. Cæsar libro II. Gallorum atque Belgarum eadem est oppugnatio. hi vbi \* circumiectâ multitudine hominum totis mænibus, vndique in murum lapides iaci cœpti sunt, murusque defensoribus nudatus est, testudine factâ portis succidunt. Et quamquam Gallis hoc tribuit, Romani etiam vñsi sunt, & vulgo quidein vñsi: sed facit ideo, quia illi haud aliâ machinatione, operum ferè expertes: Romani autem & ista adhibebant, cùm opus. Quid autem Testudo, siue φάλαγξ Græcis, aut

\* Conficiatio.

\* σιωπαστιούσ; Iunctio corporum armorumque, & scuta partim lateribus applicata, partim capitibus superlata. Ab Homero exemplum esse volunt.

A'στις ἀριστοί ερείπε, κόρυς κόφεν, αὐτέρεις οὐδέποτε.

Scutum scuto hæret, galea galea, atque viro vir.

Sed tamen Homerus, nil nisi densationem & confertam aciem notat: scuta elata super caput (proprium Testudinis) non notat. Sed vndeunde, passim Romani vñsi: & in triplici quidem discrimine, vt accurate euoluam, Oppugnando, Pugnando, Repugnando. In Oppugnando fuit, cùm scutis super capita elatis muro succedeabant, primis altioribus, & ordine paullatim, tecti simplicis in morem, decrescente. Caussa, vt tela iniecta per proclive laborerentur, & minus infidere possent aut infigi. Optimè Liuius describit libro XLIV. Iuuenes quidam Romani, ludicro Circensi ad vsum belli verso, partem humillimâ muri ceperunt. Mos erat tum, nondum hac effusione inductâ bestiis omnium gentium Circum complendi, varia spectaculorum conquerire genera: nec semel quadrigis, semel de-

\* Curriculum, forte. sultore missâ, vix vnius horæ tempus vtrumque \* circulum complebat. Inter cetera sexageni fermè iuuenes, interdum plures, ab apparitoribus ludi, armati inducebantur. Horum inductio in parte simulacrum decurrentis exercitus erat: ex parte elegantioris exercitiū quām militaris artis, propiorque gladiatorium armorum vsum. Cùm alios decursu edidissent

sent motus, quadrato agmine factō, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertius magis & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut testa adificiorum sunt, testudinem faciebant. Hinc quinquaginta fermè pedum spatio distantes armati duo procurrebant, comminatique inter se, ab imā in summam testudinē per densata scuta cùm euassent, nūc velut propugnantes per oras extremæ testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secūs quām stabili solo persultabant. Huic testudini simillimā parte muri admotā, cùm armati superstantes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis & equabantur. Id tātū dissimile fuit, quod & in frōte extremā, & ex lateribus, soli non habebant elata super capita scuta, ne nudarent corpora, sed\* praeiecta pugnantium more. Ita nec ipsoſ tela ex muro missa subeunteſ laſerunt, & testudini iniecta, imbris in modum lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur. Pulcher locus, & quid potest addi? In quo extremo, imbricis in modum, legi aliquando volui: sed nihil opus: & Ammianus quoque ab istā scripturā stat, qui velut imbrem è teſto, delabi facit tela. Verba eius huic rei, libro XXVI. *Coniunctis tribus nauigiis, Testudinem hac specie superstruxerunt. Densatis cohaerentes super capita scutis, primi transīstris instabant armati; alij post hos semet curuantes humiliūs, tertii gradatim inclinatis submisē: ita ut nouissimi suffraginibus insidentes, formam adificij forniciati monstrarent. quod machinæ genus contra murales pugnas ideò figuratur hac specie, ut miſilium iectus atque saxorum, per decursus cadentes labiles, instar I M B R I V M, euaneſcant.* Tamen nec de imbrice, ineptè. & cum tegulari teſto comparat quicumque scriptor apud Suidam: *Κεραυνόν, τακτην διζητάει, οπερ ἐποιουσ πομφαῖς επιπλατές μέρει: Tegulare, ordinis quædam instructio, quod Romanis faciebant in loco ludicri.* Quis auctor, nescio: suspicio est, Polybiūm ipsum scripsisse in hac re, quam Liuius denarrat. Ait autem Patauinus, *sexagenos fermè iuuenes fuisse.* Cur illo numero? palam est, ad Ordines Romanorum aspectum, qui tanti erant. Itaque manipulatim aut centuriatim in Testudines se congregabant; ne quis confusionem putet, aut ordinem vel hīc neglectum. In Ammiano: *Alacris miles, et legionibus in testudines varias congregatis, paullatim tutò progrediens, subruere mœnia conabatur.* Is autem vnuſ ē finib⁹, succedere & subruere. vt in Cæſare, de Belgis: *Testudine factā, portis succedunt,*

\* Forte  
prætentā

murumque subruunt. Alter, succedere & ascendere, qui in L<sup>i</sup>uio h<sup>i</sup>c expressus. nam testudine parti muri admota, cūm armati superstantes subissent, propugnatoribus muris fastigio altitudinis aquabantur. Itaque ex æquo pugnabant; aut transscendebant, si amouissent. Tacitus 111. Historiar. iteratam id Testudinem appellat, & quasi duplicatain: Non iam sanguis neque vulnera morabantur, quin subruerent vallum quaterentque portas, innixi humeris, & super iteratam testudinem scandentes. Imò indicat & tertios super duplēcē illam seriem ascendisse, si quis verba ruminatur. De tali ascensi<sup>o</sup> iterū Tacitus 111. Hist. *Appositis plerique scalis, alijs per Testudinem suorum, scandebant iam quidam, cūm gladiis & armorum incusso præcipitati sunt. Hæc prima illa testudo, Lucani versibus, aut pigmentis potius, claudenda, libro 111.*

*Vt tamen hostiles densa Testudine muros  
Fecta subit virtus, armis impexa priores  
Arma ferunt, galeamque extensus protegit umbros;  
Quæ prius ex longo nocuerunt missa recessu,  
Jam post terga cadunt. nec Graui flectere iactum,  
Aut facilis labor est longinqua ad tela parati  
Tormenti mutare modum.*

Ostendit nec Catapultas aut Ballistas nocuisse, quia iam viciniores erant, nec facile attemperare tormenta ad hos ictus. Cæsar in eādem Massiliæ obsidione (nam de eā Lucanus) ita capiendus: Cūm panè inadiscata in muris ab exercitu nostro mœnia viderent, ac tela manu conicerentur, suorumque tormentorum usum, quibus ipsi magna sperauissent, spatio propinquitatis interire. At Testudo altera in pugna est, cūm globo facta, & tecti scutis, sic inuadebant ac perrumpabant. Variae gentes usurparunt. vt Germani, de quibus Florus libro 111. Elatis super capita scutis, cūm se veluti testudine Barbarus tegeret, super ipsa Romani scuta salierunt. Cæsar de eādem re, libro 1. Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalanga insilirent, & scuta manibus reuelarent, ac desuper vulnerarent. Idem: Germani celeriter, ex consuetudine sua, phalange facta, impetum gladiorum exceperunt. Idem de Heluetiis: Ipsi confertissimā acie, reiecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt. Et notetur den-satio

satio ea firma vtilisque esse, in equitatum repellendum. Sed & Romani vsi, et si haud nimis sàpè, quia ordines non diuel-lebant. Tamen vsi. & Ammianus: *Alemanni nexam scutorum compagem, que nostros in modum Testudinis tuebatur, scindebant gladiorum istib[us] crebris.* Atque hæc secunda illa Testudo, in quâ nec latera semper tecta, nec item subsessio illa & inclina-tio per gradus. Tertia in *Repugnando*, cùm ab equitatu aut leui armaturâ cineti, huc decurrunt ut in orbem se muniant, me-diis altioribus, extremis vndique desidentibus: & fit ea verè tunc testudo. Accuratissimè Dio Cassius descripsit in M. An-tonij rebus, libro x l i x. Parthi eum premebant in recessu, & iam instabant Romanis legionibus, aliquoties victores. Illi hoc commenti, vt vniuersi testudinem facerent, contra impe-tum scilicet sagittarum, equitumque ipsorum. At Parthi, qui-bus hoc insolitum & aspectu nouum, arbitrati eos defatiga-tione & vulneribus concidisse, omissis arcubus, & ab equis de-silientes, gladiis nudatis inuaserunt, quasi ad certam victo-riam & cædem. Tum Romani, signo dato, omnes insurrexerunt: & hostem nihil tale exspectantem alacriter adorti, fude-runt fugaruntque, non vltà molestum. Addit Dio: *Porrò te-studo talis est, & fit hoc modo. Impedimentis, & leui armaturâ, & equite omni, in medium acceptis; grauis armaturæ pedites, illi qui ob-longis & in tubi dimidiati modum factis scutis vtuntur, in extremis partibus, tamquam in latericio opere, pro muro ponuntur, & reliquos omnes ipsi extrà spectantes ambiunt.* Ceteri, qui latiora scuta gerunt, in medio densi locantur, & scuta cùm super se, tum super alios at-tollunt, vt in totâ phalange non aliud sit quam scuta cernere, & à telorum iactu omnes tutos esse, ob densitatem instruētionis. Adeò enim validè firmant, vt & super eam\* homines aliquot ingredi possint, imò etiam equi & currus agi, quoties in cauo & angusto aliquo loco constipantur. Hæc est forma eius instructionis, & nomen à Testudine cepit, ob firmitatem, & quia optimè tegit. Visus autem duplex est. Nam & in oppugnandâ munitione aliquâ subeunt, & sàpè in ipsum murum quosdam attollunt: aut circumuenti fortè à sagittariis, inclinant se omnes simul (nam & \* equi docti sunt in genua submittere se & inflectere) & sic opinionem hostibus defatigationis suæ præbètes, iis appropinquantibus, statim terrore iniecto, consurgunt, atq; incurront.

\* ut in ie-  
ra testu-  
dine, suprà.

Illum  
Pugna  
omittit:  
quia raro  
Romani.  
\* Noteatur.

Dio ista; & Plutarchus in Antonio haud dissimilia: Οἱ Θυρεοὶ φόροι σωμάτεισαν εἰς τὸν ὅπλων Τύπον φιλούσε, ἀποδέξαντες εἰς γόνου, πορού-  
ταιλοντο τοὺς Θυρεούς, οἵ δὲ ὅπλων, ὑπερέχον ἀντίτην τὰ ὅπλα, πάκινων ὄμοιων  
ἔτεροι. τὸ δὲ χῆμα τοῦ θυρεοῦ ἐρέφει θρύμβων, ὃν τε θεατερεῖν παρέχει, καὶ  
τὸν τερεβλεμάτων σεγανώταν δέ τοι οὐτέ τοις θυρεοῖς παρίσταντας: *Qui scuta fe-rebant, intra se se levem armaturam concluserunt. Ipsi autem in genu se submittentes, proiecabant ante se scuta: & qui post eos, scuta super eos tenebant; atque super istos alij similiter. Quæ forma testo adficionum simillima, & speciem theatro ac spectaculo dignam præbet, & munimentum firmissimum est contra iacula, quæ scilicet delabun-tur.* Habetis de triplici Testudine, in quâ plurimum subsessus aliquis aut inclinatio: ideoque Tertullianus scitè dixit, *Testudinem desidere, ut nos quidem legimus, non desudare.* Facit eò Isidorus: *Testudo, scutorum connexio, C V R V A T A in testudinis morem.* C A R O N D. Hæc habemus: sed de Dionis assertione, quatit animum. Et an tanta firmitas, ut iumenta, ut currus tu-lerit? vereor ut bonis humeris sit, qui hoc suscipit & portat. L I P S. Imò firmum verumque equidem puto. Quod pretium Dioni mentiendi? quæ latebra etiam in re cotidianâ & om-nium tunc oculis promptâ? Sed nempe restrinxit, *si in cauo* *(t)* *angusto loco stipati.* Scilicet ibi lateribus arctatis ne diffuerent, vis maior & subsistentia: non nimis miranda, si scuta lata & longa, si perpetuam seriem cogitabis. Iuncta enim sic valida, & præsertim à lacertosis illis viris sustentata, ut à columnis. Sic censeo, alias pro suo animo demat aut addat fidem. L A M P S. Imò & Oppianus his addat fidem, qui vbi equum militarem describit & laudat, in Cynegetico primo:


Πολλάκι καὶ δῆναν αὐθ' ῥᾳδίῳ ἐπελάσσετο τούργοις  
Ηὔρεμ<sup>Θ</sup>, αὐσιδέασαν ὑπόπτεεν δύτη βερποῖσιν  
Αὐτοὶς υπὲρ πεφαλῆς ὀπικόροτον αὐσιδέης ἔρειδει,  
Οὐ ποτέ δέλδον<sup>τ</sup> δῆναν πόλιν ἐξαλαπάζει,  
Καὶ πεδίον τεύχωσι μετήνεν διπλαύσειον,  
Δαιδαλέον, πυκνὸν, πολύμφαλον.

Quæ ad verbum ita licet reddere:

Sæpè & hostiliū virorum fertur in munitiones,  
Quietus; scutatum, pinnatum, quando hominibus  
Clypeus super caput elatus transuersum (nam ὀπικόροτον ibi  
legerim) sustentat. Quando

*Quando eupiunt tentantque hostilem urbem excindere,  
Et campum exterrunt sublimem clypeorum,  
Varium, confertum, vmbonibus multis constantem.*

Testudo hæc manifestò describitur : & facit equum super eam scandere , & ferri in muros. L I P S . Opportunus locus. qui tamen è fortasse duci potest , vt equi equitesque in mediâ testudine habeantur , à pedite vndique tecti & clausi. Clarior itaque iste Aristidis, in Romanæ militiae laudatione : *Viri in limitibus constituti, ad tutelam imperij : quorum scuta in caput sublata vel currus sustineant, atque etiam equitibus sint vehendis.* Certa & liquida ea affirmatio : & quæ me quidem Dionis iungit. Sed quidquid est , magnum tamen robur Testudinis : ad quod allusit Ammianus , de rege Persarum : *Fpsè rex sublimior ceteris, petitus ballistarum iectibus certis, & sagittarum densitate, operturā armorum in modum testudinis contextorum abscessit innoxius.* Significat squammeo thorace munitum regem , cuius laminæ siue plumæ sic textu perpetuo superpositæ inuicem , vt in Testudine scuta. Nisi quis malit , milites congregatos circa eum , testudinem fecisse. Sanè magnum robur hoc Thoracis , qui *Catapulticum telum* potuit sustinuisse : et si & tales fuere , vt è Plutarchi Demetrio liquet.



## DIALOG. VI.

*De Scalæ, & earum aliquot generibus. de Sambucis.*

IAM verò, præter Testudinem, *Scalæ* etiam communiter admotæ: atque earum varia genera fuisse, non credo vos nescire. Harum inuentio ad Capanea refertur, qui Thebas sic inuadere conatus: sed à Ioue & fulmine repulsus. In istis parandis, Polybij dogma & præceptum commune est, lib. ix. *vt si* (exempli gratiâ) *murus decem pedum fuerit*, *altitudo scalarum largiter sit duodecim*. Tum etiam, *vt absentia scalarum infra à muro*, *sit quasi dimidia*, *ad ipsas scalaras respiciendo*: id est, *vt in dicto iam numero*, *pedes circiter sex remotæ sint à pede muri*. Hoc mihi videtur dicere, et si verbis satis implicitis: quæ equidein dabo, & meditationi vestræ relinquam: οὐδὲ διπλανῶν τὸ κλίμακον περὶ τὸ ανθεῖν τὸν συμμετέχειν, ἢ μόνον τῷ δέσμῳ τὸ κλίμακον. Τὰ μέτρα πλεῖον ἀφιειμένα, διέτα τὸ πλῆθος τοῦ διπλανῶν διακάπειτο γίγνεται, μίκται τάλαι ὅρθιοι εἰσι τροπερειδόμεναι, λίγαι ἀνεγοφαλεῖς ὡστε τοῖς περισσεύοντος: Descensum & inclinationem scalarum, ad consendentium mensurationem, oportet diminidum scalarum esse. *vt nec longius absentes, in multitudine ascendentium frangi facile sint; nec item recte magis apposita, lapsiles sint ascendentibus*. Varia autem scalarum genera, & quadam ex his *compartiles*. id est, quæ aut pluribus partibus constant, & plicari rursumque explicari possint; aut ipsi gradus remoueri & recondi quasi in vaginam, stipite coëunte. Appianus in Ibericis κλίμακας πτυχας appellat siue plicatiles, has tales: & Plutarchus in Arato, πτελύτας, solutiles. quas Aratum apparasse ait, cum de Sicyonis arce inuadēdā cogitaret, & recōdidisse in arcis quibusdam theoisque rusticis, quas Achanas dicebant. Neimpe transferri huiusmodi istæ sine suspicione poterant, & minore etiam molestiâ: atque is finis. Sed fuere prætereà Coriaceæ, itemq; Reticulæ, aut Stuppeæ: de quibus in Herone, cap. xi. scriptum. Et illas ait esse instar utrius, consutas è corio, & inunctas seno aut adipe circa suturas, ne evaporent: easq; erigi ad murum spiritu inflatas, & dare ascensum. Reticulatas autem format, è stuppeis funibus, instar retis cōtextas: ad quarum summitates hamos adiicit, ut murorum pinnas apprehendant. Sed & in eodem *Scalas nauticas* quas aliquoties lego, an

non has esse dicam? quia id genus scalis nautæ ferè nituntur. Palàm ita appellat, vbi de Ariete, cap. xi. & iterùm de Turribus, cap. xiii. *Diadem turres mobiles, & terebrā, & scalas nauticas rep- perisse.* Vitruvius, in eaipsâ re, incerti & laxi sermonis est: & *Machinam ascendentem* vertit, quam Athenæus dixerat *επιβάθμια θέρα*. In fine etiam capit is: *De accessu, qui επιβάθμιος dicitur: an non melius, ascensu?* nam *machinam ascendentem* prædixit. Quòd autem ex *Scalæ nauticæ* Heroni, stuppeæ sint: liquet vel ex imaginibus eius, quas deformat, & velim vos videre. C A R O N. Qui possimus? mihi quidé Heron iste ignotus & inuisus est. ORAN. Mihi pariter, librorum & bibliothecæ aliàs curioso. Quis autem fuit? L I P S. Sub Imperatoribus Græcanicis, & in Christianâ religione, quod ex scriptis innotescit, vixit: alius ab Herone illo Alexandrino, vetustiore, qui *Mechanica* item scripsit. Iste autem Latinè editus & versus est, à Francisco Barocio Patricio Veneto, anno ∞. 15, LXXII. Titulus est *De machinis bellicis, & de Geodesia*. Grècè nàcisci (exstat tamen in bibliothecis) non potui: Latina haud optima sunt, sed nec scriptio tota nimis ad veteris historiæ lucem. Iuuat tamen, & vbi videbitur, excerptam. Sunt & aliæ scalæ, quas ipse *Spectatores* vocat, basi accuratori instruētæ ita, ut erigi possint & attolli: & in supremis iis aliquis constitui, qui spectet quid in vrbe agatur. Is enim earum finis, & inde *Spectatorum* nomen. Agit de iis toto cap. xii. Denique in eodem, & *Scalæ* sunt rotis impositæ, iisque procedentes, quibus supremis pons adhæret: qui è propinquo iniicitur in muros. Tractat cap. xix. Nec grande fortasse in iis quoque momètum, aut fructus est, nisi scire. Sunt autem & alia, quæ etsi non formam, tamen usum Scalarum habent: vt *Tollenones*, & *Sambucæ*. *Tolleno* est, ait Vegetius, *quoties una trabs in terram prealtè defigitur, cui in summo vertice alia transuersa trabs longior, dimensâ medietate, connectitur: eo libramento, ut si unum caput depresso, aliud erigatur.* In uno ergo capite, cratibus sive tabulis cōtexitur machina, in qua pauci collocantur armati. tunc per funes uno depresso attractoq; capite alio eleuati ponuntur in murum. Res facilis: & traxit originem ab instrumentis, quibus aquam haurimus, pondera nauibus educimus: quæ \* *Grues* aut *Ciconias* dicunt. Agnoscit & has voces Heron in istâ re, cap. xxv. & paullò aliter deformat. Nam & canalem

\*Græcè.  
πάνος καὶ  
χρύσος.

Turnebo facit: cuius verba videre licet Aduers. XI. cap. XXIIII.  
 Ad eorū & rei totius lucem, hæc Heronis sunt, excerpta à me  
 pro sensu magis, quām interpretis verbis, quæ sāpē sordent. Li-  
 gna Testudinis (Vineę) quæ milites ferunt, sunt eiusmodi. erēta in al-  
 titudinē, in equalia, singula duodecim digitos circiter crassa, quinque pe-  
 dum inter ualllo disiuncta. Connectuntur inter se, sic ut quinaria illud  
 inter uallum semper seruetur. Horum quæ altiora sunt, viri staturam &  
 dimidiatam & quant; quæ humiliora, unam tantum. Habent infernè cu-  
 spides, quibus terræ infixæ subleuant portantes. Coria appenduntur cras-  
 sa, vel cilicia; superius autem rugosa, non extensa, ut in hoc tumidum  
 aut molle tela incidentia frangantur & lentescant. Ita iste. quid Ve-  
 getius? verba eius recitari digna, sed & explicari, nequid notitiæ  
 huic desit. Libro IIII cap. xv. Vineas dixerunt veteres, quas nunc  
 barbaro militarique vocabulo Castris vocant. E lignis leuioribus ma-  
 china colligatur, alta pedibus octo, lata septem, longa sedecim. Huius te-  
 etum duplice munitione, tabulatis cratibusque contexitur. Latera quo-  
 que vimine sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrantur. Ex-  
 trinsecus autem, ne immisso concrementur incendio, crudis ac recētibus  
 coriis vel centonibus operitur. Cum plures factæ fuerint, iunguntur in  
 ordinem, sub quibus subsidente tuti ad subruenda murorum penetrant  
 fundamenta. Ait primò, è leuioribus lignis fuisse: crassitie, quæ in  
 Herone. Sed cur leuiora? neimpe quia transferri opus, & à mi-  
 litibus moueri. Qui hoc negant, quid oris aut mentis habent?  
 Turnebus bene dixerat, male illusit ei Iuriscōsultus, qui ad Cæ-  
 sarem scripsit. Agebantur, proferebantur, procedebant: & hęc talia  
 verba in ista re usurpata: quid nisi ad indicadum eum motum?  
 Cæsar: Castris munitis, vineas agere, quæque ad oppugnandum vñsi,  
 comparare. Sallustius: Vineas cum ingenti periculo frustra agebantur.  
 nam cùm h.e p. nullum processerant, igni aut lapidibus corrumpabantur.  
 Vides in tuto & eminus paratas, mox paullatim admotas. Lu-  
 canus: Tunc adoperta leui precedit Vinea terra.

Malum, procedit, ut in Sallustio. Hirtius VIII. Gallic. Non deter-  
 rentur tamen milites nostri Vineas proferre. Atque ita paullatim ad  
 opidum ipsum admouebantur: quod Liuius clare indicat lib. v.  
 Vineas tantum non iniunctas mēnibus esse. Et libro XXXVII. Vineas  
 & aggerem muro iniunctum. Quod optabile scilicet, & finis pñne  
 laborum: siue ut sub iis Arietem tunc admouerent, siue quod

hic Vegetius) subruerent muros. Pergit Vegetius: *Alta pedibus octo*] Est fere modus, qui in Herone, viri & dimidiati. Totam magnitudinem si consideras; dixeris duplē virorum seriem sub eâ stetisse, quinos & quinos. Ea fuerit Decuria vna, & crediderim sic diuisos. Amplius: *Tectum munitione duplice*.] Ipse ita munit, nec crates solum sed & tabulas imponit: quod tamen tabulatum, magis propriè Pluteorum fuit. An Silij ea mens hoc versu? lib. XIII. *Tum grauida armato surgebat Vinea dorso.*

An dorsum Armatum, tectum permunitū est? an Vineam grauidam capimus armato dorso, id est milite? an denique, quia à tergo & dorso armatum militem reuelat & ostendit? Sed & Lucani versus nescio an huic faciat, qui prædictus:

— ad opertaleui præcedit vinea terrā.

An terrā ad operta vinea? contra incendium scilicet, ut in aliis machinis aliquot audieimus. an sensus, processisse in leui & æquabili terrā? Sequitur: *Latera quoque volumine sepiuntur.*] Atque hæc præcipua eius materies & tegmen. Ideò Cæsar II. Civil. *Contextæ viminibus vineæ*. ideò Græci γέρρα dicunt. Iosephus III. Excidij: *Oι μὲν ψεύδες ἀλεώεσσα τῆς ὑπερθετικοφένεντος θελάνης, γέρρα σχετικῶνται, ὑπὲρ χαρακούσα πόσιν, ἐχεντί π' αὐτοῖς:* Illi quidem ad depulsionem incidentium supernè iaculorum, crates extidentes in stipitibus, sub iis fodiebant. In Festo: *Gerræ, crates vineæ*. Athenienses cùm ob siderent Syracusas, & crebrò Gerras poscerent, irridentes Siculi Gerras clamabant. inde factum, ut pro nugis & contemptu dicantur. Interdum tamen, si plura aut grauiora in opida tormenta, nec vim suffrarent hæ craticæ; faciebant è crassiore ligno. Cæsar II. Civil. præmissâ caussâ iam dictâ, *Pedalibus lignis coniunctis porticus intercebantur, atque hac agger inter manus proferebatur*. Notate autem porticus dici, erat enim longior species, & ipsæ quoque Vineæ in seriem solent iungi. Vegetius addit: *Cum plures factæ fuerint, iunguntur in ordinem.*] Non ergo sparsim & singulæ ita positæ, sed (nisi fallor) per manipulos, cohortes, & legiones, ordinatim diuisæ. Imo & duplicata aut triplicata, & pluries, ista series: præsertim ubi opus faciendum, ut iuxta Aggerem, Turrim, Arietem, aut tale. Cæsar clarè indicat II. Civil. *Affères maximis balistis missi, per QVATTVOR ORDINES CRATIVM in terra defigebantur*. Nisi quis malit, quadruplices illas crates in vnius vineæ

vineæ fronte fuisse. Ut volet: tamen quod dixi, probabile est, & ex re sumptum. Pergit Vegetius: *sub quibus subsidentes.*] Alij malunt, *obsidentes.* Sed de subfessione nec absurdum, quia laten-  
tium cauentiumque is ferè habitus: & sub eas subibant, vnde  
& *vniuersitatem obseruo à Iosepho dictas.* Denique, *Ad subruenda  
murov̄ penetrant fundamenta.*] Varij vsus vinearum. Tegere, pri-  
mus, qui & aliter paullò in Cæsare expressus, III. Ciuit. Pompei-  
us noctu additis magnis munitionibus, reliquis diebus turres exstru-  
xit, & in altitudinem pedum xv. effectis operibus, Vineis eam partem  
castrorum obtexit. Puto esse, vt Vineæ in supremo vallo fuerint  
locatæ, vbi tutò miles excubias egerit: & cautum item à iactu  
telorum interioribus castris. An aliquis extra castra positas ar-  
bitrabitur, & sic iis obiecta? Tale quid eodem libro: cùm Cæsar  
recepui suorum timens, crates ad extremum tumulum contra hostem  
proferri, & aduersas locari, intrà hæc, mediocri latitudine fossam, te-  
ctis militibus obduci iubet, locumq; in omnes partes quam maxime im-  
pediri. Statimque addit: Pompeianis ad recipiendum crates directæ;  
longurijque obiecti, & instituta fossæ, magno impedimento fuerunt. Ista  
in Vegetio, de Vineis: Plutei adfident, quos & dictione coniun-  
go. Fuere olim è tabulis & asseribus, quod ipsa vox dicit: nam id  
Plutei Latinis. Distinguit palam à Cratibus Cæsar III. Ciuit. Sca-  
phæ magnarum nauium cratibus ac pluteis contexit. Sicut à Vineis  
Plautus: *Ad eum vineas pluteosque agam.* Et Liuius: Segeſticam ci-  
uitatem vineis pluteisque cepit. Iterum à Cratibus Q. Curtius: Cæsa-  
materiæ cratibus ac pluteis faciendis, ut qui Turrem admouerent, extra  
teli iactum essent. Nec olim, opinor, aliter: postea, planissimè ali-  
ter, & ex cratibus pluteos faciunt, corio intentos. Multa exem-  
pla sunt, & confusionem fuisse video in materie, formâ tamen  
leuiter diuersâ. Dixi olim aliter. eoque miror Verrium Flaccum  
scribere: *Plutei, crates corio crudo intentæ, quæ solebant opponi militi-  
bus opus facientibus, & appellabantur militares.* Nunc etiam tabula,  
quibus quid præsepitur, eodem nomine dicuntur. Facit nouitium de  
Tabulis, vetus de Cratibus: quod putabamus esse contrâ. Cer-  
tè nouitij semper pro craticio opere. vt Ammianus xix. In-  
quies Persa vimineis ciuitatem pluteis circumdabat. Isidorus:  
*Plu-  
tei, sunt crates corio crudo intentæ, quæ in opere faciendo hosti obii-  
ciuntur.* Abbo quidam obsidione Lutetiæ:

Mille struunt etiam celsis tentoria rebus,  
Tergoribus collo demptis tergo've iuencum,  
Bis binos \* trebis've viros clypeare valebant,  
Quæ Pluteos calamus vocitat Cratés've Latinus.

Misceat apertè cum Cratibus, & vsum sermonis adfert. Quid Vegenius? Plutei dicuntur, qui ad similitudinem absidis contexuntur è vimine, & cilicis vel coriis proteguntur, ternisq; rotulis, quarum una in medio, due in capitibus apponuntur, in quamcumque partem admouentur, more carpenti. Formam videtis, diuersam à Vineæ; quia hæc in absidem curuata: tum etiam quia rotis innixa, quod non in illâ. Hi sunt quos Lefas appellat Georgius Cedrenus, bello Sultani in Romanos, & sic format: Διελώνθε θίξει τὸ διάμαυρον ποδὸς στήσας ἐπὶ τῷ αὐτοῦ μέρει, διπλῶν χειρῶν καλύπτει τὸ θέριον, ἀντὶ δὲ οὐλωδὸς ἐπὶ λύχνῳ ἔχει πεπλεγμένας, βοεις βύρσας ἀναθενάπεπτοσινας, & βόχες ἔχεις ὑπὸ τὰς τὴν Καστόντας κιβωτοβέσοις, λέσας τὰς ποιαντας κατονομάζει μηχανας. Λαῆς πλήσας, διπλᾶς φέρει τὸν οὐπέπανα, καὶ ἄλλα γεωργικάσσοργανα, φέρει κατὰ μηρὸν ὑπὸθεῖν τὰς λέσας, & τοῖς τείχοις προσαρμόσα, καὶ διτεωέν πορύττεν αἴστας. Εἰδέσθε τὰ δεμέλια: Sultanus diuisis bifariam copiis, altera partem stare in editiore loco iussit, nec aliud quam sagittare: cum altera ipse, tabernacula quedam habens ex viminibus texta, & supernè bouillis coriis operta, quibus et rotæ erant subiectæ basibus columnarum vocant autem id genus machinas, (Lefas:) has inquam machinas habens, impieuit eas copiâ militum, quos iussit bidentes, dolabras, aliaque agrestia instrumenta ferre. existimans scilicet paullatim admouere muris Lefas, atque ita suffodere assidue & securè ipsa fundamenta. Video & Spalionas appellari sub id æxuum, sed magis Vineas ipsas. in Suidâ: Spaliones, sunt machinae apud Menandrum. tentoria quedam, bouillis coriis extensis facta, que lignis ad hominis longitudinē sustinentur. Ea armati milites subeunt, atque ipsis muris appropinquantes, & secum fabrorum ac lapidarum instrumenta suffodiendis muris ferentes. ita sub terrâ specus faciunt, terram ipsam egerunt, & muri parte prosterunt. Illa ipsa, sed paullò vberius, in Agathia IIII. Histor. quem licet videatis: atque is quoque Spalionas appellat: an quasi Papilioes, quia tentoriis assident? ita essent Italorum aut Gallorum, Paulliones. An ab eorumdein Spallies siue humeris? quia nempe subibant, & protrudebant iis, aut & portabant. Nisi Orientalis aliqua vox sit: quod earum linguarum periti nos docebunt.

\* Ita &  
Abbo, ten-  
toria.

\* Histori-  
cum dicit.

Sed

Sed hæc igitur inferioris æui nomina: res & finis haud nimis diuersa. Omnes enim de suffodiendis muris dicunt: quod & V-  
getius suprà. Idem Lucanus:

Tunc adoperta leui procedit vinea terrâ,  
Sub cuius pluteis, & tectâ fronte latentes,  
Moliri nunc ima parant, & cvertere ferro  
Mænia.

Tacitus III. Hist. Vitelliani pluteos cratesque, suffodiendis muris, &  
protegendis oppugnatoribus expedient. Idem infrà: Legionarius plu-  
teis & cratibus tectus, subrmit muros. Nec plura opus huic rei di-  
ci. L A M P S. Vnum etiam opus, de nomine. An de industriâ  
Causias Vegetij omisisti, an distulisti? L I P S. Diuinas, de indu-  
striâ. Nam in voce eâ hærebam. Cur enim Causia barbarum ac  
militare vocabulum, vt ait? atqui Græcum probumq; est, & Ma-  
cedonicum capitis tegmen. Quæ etiam similitudo Causiæ cum  
Vineâ? non magis quam Galeri, aut Pillei: nec video cur sic vo-  
carint. Sed & libri scripti valdè variant: scribuntque, Cautias,  
Cautus, Cattos. An à cauendo canticæ? an potius Cattos veram vo-  
cem habemus? Ego arbitror. primum quia barbarica ea vox,  
& nempe Germanica nostrâs, qui Fellem sic vocamus. Ut autem  
id animal in subseffis aut insidiis est, ad capiendum: ita sub Vi-  
neâ milites, & hinc nomen. Facit, quod ipsa vox ita in scripto-  
ribus posteris. vt in Appendice ad Othonem Frisingensem, de  
rebus Friderici Imp. cap. XXIII. Cæsar omnem reliquam appara-  
tum, quem ad oppugnationem ciuitatis fecerat, Talpas, Vulpeculas, Eri-  
cios, Cattos (talibus enim censentur nominibus) iussit exuri. Vides  
pluscula ab eiusmodi animalibus nomina: & inter ea Cattos.  
Idein in Radeuico lib. II. cap. LIX. Cremenses magnâ audaciâ su-  
per muros cum suis machinis, quas Gattas appellant, operiuntur.  
L A M P S. At enim Lipsi, vide ne Catti isti nostri sint, quos ho-  
dieque vocamus, montes & aggesta quædam è terrâ. Nam col-  
locat in moenibus, quod aliter in Vineis solet. L I P S. Scio de  
nostris Cattis: sed te quoque scientem facio aliter ibi fuisse.  
Idem Radeuicus quippe subdit: Tum Cremenses callidè se intra-  
suas machinas occultantes, primos quidem & de subtus & suprà cal-  
lidè excipiunt. Vides latibula quædâ & tegmina fuisse: quo sen-  
su & Annales Germanici, in rebus Rodulfi primi Austriaci:

Quapropter rex Boëmia copiis contractis, nouis quibusdam instrumentis, quæ Catti vocantur, omnes munitiones expugnauit. Vis clarius? dabo & qui describat pro mea mente: sed risum tu atque isti tenete, in Latinitate horridioris illius æui. Chronicū quoddam Colmariense exstat, in quo sub annum Christi M C C X C I I I.

\* Forte  
Mangas  
Vide infra  
de Ballistis.

\* Id est instrumenta. narratur: Dominus de Berckheim duas machinas \* magnas, lapides proiicientes, & Cattum, videlicet instrumentum quo turres struuntur, accepit. Idem Chronicum, quinquennio inferius, describit hoc modo: Expugnauit rex hanc ciuitatem per duo \* vas concaua, quæ faciebant artifices sapientes. Vnum vas Cattus vocabatur, aliud Cancer. Erant hæc vasa longa, quadrata, demissa, ex omni parte laterum clausa. Versus terram nullum munimen habebant, sed versus cœlum de tabulis fortibus ac spissis testum, machinarum lapides minimè metuebat. Cattus leue vas erat, & faciliter trahebatur. Cum hoc vas ad ciuitatem fuisse perductum, ligna quædam pro pedibus sibi fecerunt, ut ad murum per fossatum facilius possent peruenire. Cum ad murum peruenissent, iuvenes de ciuitate egressi succiderunt Catto pedes, & in fossatum cadere coegerunt. O Musam, ô leporem! & narres nonne mo vestrum dicit. Ah quantum interest puriter aliquid & scite dici, aut sic spurce & ignauem! Et sunt tamen, qui sermonis omnem curam spernunt, & susque deque habent quid scribamus, quid dicamus. Ipsis hæc inertia: nos bono æui inelioris fruaimur, & Latinè loquamur, aut nec loquamur. Sed vt abeam à meo Catto, addo etiam in Vincentio Beluacensi Vineas has dici *Cautibulas vel Chartos*. Sed pariter fortasse emendandum Cattos. Nec tamen negauerim, alibi paullò aliter Cattos dici, & pro Testudine aut machinâ aliâ; sed nostræ ferè vicinâ. Tu Lampsoni, pingue.




## DIALOG. VIII.

*Testudines triplices, Aggestitiae, Fossoiae, Arietarie.*

**H**is dictis *Testudines* vicinæ sunt: imò eo nomine inferiorum scriptores etiam Vinea & hæc talia comprehendent. Faciunt generare *Testudinum* nomen in machinas omnes has tegentes. Fortasse & Plinius, cùm de Inuentoribus scripsit: *Artemonem Clazomenium primū Testudines repperisse*. Simile in Græcis: & probabile est, priuò exigua quasdam leuesque repertas, paullatim ornatas & auctas, donec genera plura facta sint & formæ. Quæ recenset aliquot Heron, in Præfatione suâ: sed præcipua sunt tria, in iis quæ propriè *Testudines* dicuntur. Prima, quæ Græcis χελώνη χωρεῖ dicitur: Vitruvio reddita, *Testudo ad congestiōnē fossarum*. Crebra huius mentio, præsertim apud Græcos: Latini vulgo non sic agnominant, etsi haud dubiè cā vñi. Cæfarem puto hanc intellexisse II. Ciuit. Antecedebat *Testudo*, pedum sexaginta, aquandi loci causâ facta, ex fortissimis lignis, inuoluta omnibus rebus quibus ignis iactus & lapides defendi possunt. Dat ei pedes LX. sed an in toto ambitu, an ad latera? Vitruvius quidem quadratam eam facit, habentem quoquouersus latera singula pedum xxv. & reliquam structuram addit, non hīc, non alibi, curiosè nimis mihi scrutandam. Quid enim opus? alia aliis; & nobis finis, haec tenus machinas tangere, non ut fabricemus, sed ut historias illustremus. Ipsum igitur, si vultis, videte libro x. cap. xx. De hac *Testudine*, ita Polybius libro x. cùm Antiochus rex ob sideret Syringem, validam Hyrcaniæ urbeim: Ή δὲ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς διπλοῦ ἐπαύταις χωρίσται χελώναις τάφεσι γόνδησαν ξιτού, τολάται μὲν ἐκελαττονέχουσα τειλακοτε πυχῶν, βάθος δὲ πεντεκοίδεκα. Επὶ δὲ τοῖς χειλεσιν ἐκάστοις χαρεκωματα διπλαὶ ἐπέκειτο, οὐ τελοταῖον αροτείχουμα διωράσσει. Erat certamen ferè omne & conatus in *Testudinibus aggestitiis*. Fosse enim erant triplices, latitudine quidem haud minore triginta cubitorum, profunditate verò quindecim. In labris autem earum singulis vallum siue Sudetum erat, & in ultimo vallidus murus. Ita hæc reddo equideim, & capio. ut fuerint in fossarum margine quoque, defixi valli robusti & sudes, iisque ligati

gati: non tamen terrâ aut cespite adstruc̄ti, quia sic visum omnem adimere opidanis, & tueri poterant ipsos oppugnantes. Est planè hoc, quod \* alibi doceo, Vegetij *Sudetum*. Sed <sup>\* Lib. v.de Milit.</sup>

notate & obiter validam munitionem, fossæ triplicis, prælar-gæ & profundæ: tum & muri in ultimæ eius orâ. Hæc ipsa Testudo est, quæ (vt Vitruvius ait) *accessus etiam ad murum possit habere*: & sub eâ igitur murum subruebant. Liuius XXXIIII. Iam testudinibus admotis murus subruebatur, iam arietibus quatibatur. Altera Testudo est, quam ὅρνυα Græci agnominant: & Vitruvius vertit, *Testudinem ad fodendum comparatam*. Leuiter à priore abit: tamen abit, & frontem eius struit, quemadmodum angulos trigonorum, vt à muro tela cum in eas mittantur, non planis frontibus excipiant plagas, sed ab lateribus labentes, sine periculoque fodientes, qui intus sunt, tueantur. Tertia denique *Arietaria* agnominata, in quâ Aries suspenditur: quam mihi commodius videtur tormentis referuari. Lampioni, fac quod soles: me vide, pinge.



A. *Testudo simplex.*   B. *Rostrata.*   C. *Arietaria.*

## DIALOG. IX.

*De Musculo, & Cæsar's locus in eo examinatus.*

**A**t enim ego ad *Musculum* eo, quem dixi inter Subitæ opugnationis instrumenta fuisse. Cæsar me docuit in III. Ciuit. cùm Goimphos oppugnare ex itinere tentaret: *Cæsar castris munitis, scalas musculosque ad repentinam oppugnationem, & erates parari iussit.* Idem de Gallis, qui Alesia inclusi, cùm subitò perrumpere Iuliana castra vellent: *Vercingetorix opido egreditur, è castris longurios, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa parauerat, profert.* Vbi transiens moneo, male è castris scribi. Quomodo enim & opido egreditur, & profert instrumenta è castris? Nulla iam verò ipse castra habebat, & in opidum copias reduxerat: sed nec petere à socijs potuit, Romanis interiectis. Vocabla. (è) abest libro scripto optimo: atque ita resormandam sequentem censeo, in *Crates*. Verissimum est: & mox in re narrandâ Cæsar: *aggere & cratibus aditus expediunt.* Solent enim aggerem, id est virgultorum fasces, in fossam coniicere, longurios protendere à labro ad labrum, & super eos cratibus iniectis, velut ponte transfire. Sed de *Musculo*, video & in *Alexandriniâ* vrbe cùm Cæsarrem gereret, & subitò deprehensus, conaretur varia vrbis loca sua facere, sic Hirtium scribere: *Interim munitiones cottidie operibus augmentur, atque omnes opidi partes, quæ minus firmæ esse viderentur, testudinibus atque musculis aptantur.* E sequentibus liquet, Cæsarem hæc fecisse, vt munitiones suas proferret, & plus loci occuparet. Itaque sententia, *Testudines & Musculos admotos ad opidi minus firmas partes, easque deieetas.* At enim vox *aptantur* satisne hæc apta? non videtur: *quatiuntur, captantur, aut tale malleum.* Quid autem *Musculus*? in Isidoro lego: *Musculus cuniculo similis fit, quo murus perfoditur, ex quo & appellatur quasi Muruscus.* Quid dicam de iis verbis, nescio. An cuniculo similis? cui? animali, an fossorio? Sed & murus, inquit, *eo perfoditur:* quæ verba induxere vulgo nostros Mechanicos aut militares scriptores, vt putent & forment *Musculum* acuto rostro, & eo ipso muros perfodientem. Nihil tale olim: & esset hæc

Terebra potius. sed tamen Isidoro quid faciam, ignoro. An *Musculus Cuniculo similis, sub quo?* id verum esset: & est velut specus ligneum, in quo milites constituti deruunt murum & demoluntur. Differt à Vineis, Pluteis, cùm formâ, tum modulo & firmitate. Exiguus enim est, & muris quasi facie oblongior: sed lignis validis structus, & ne perfringi desuper possit. Credo equidem *Musculum dictum*, quia instar eius animalculi foderent sub eo terram: aut quia milites, vt mures, cauum id subirent. Græci hoc tale nomen non habent, & sub communi illo *Testudinum* comprehendunt. Atque ita etiam Vegetius planissimè: *Musculos dicunt minores Machinas, quibus protecti bellatores, si lutum obfuerit, ciuitatis fossatum etiam appetatis lapidibus, lignis ac terra non solum complent, sed etiam solidant, ut turrem ambulatoriae sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem à marinis belluis Musculi.* nam quemadmodum illi, cùm minores sint, tamen balenis auxilium admiculumque iugiter exhibent: ita istæ machine breuiores, deputata turribus magnis, aduentui illarum viam faciunt. Ista Vegetius: qui, vt verba & descriptio sunt, cum Testudinibus miscet, quarum finis, æquare. Quod in eo est *si lutum obfuerit*, legendum Sudetum auferunt, alibi doceamus. Sed de *Musculo*, alium à Vegetiano Cæsar præit, & sub eo muros dirutos, vt diximus, ostendit. Describit accuratè Ciuilium secundo, in obsidione Massiliæ: atque vtinam liber ad manum! Verba enim intricata, & plura sunt, nec commemini. FVR. Quin liber ecce hîc ad manum: cape. LIPS. Tûne istum? vnde in hoc rure? FVR. Neimpe hoc viaticum erat, quod instruxi: & præfigiebam eo opus fore. LIPS. O te argutum, an malum! & hoc iam tunc agitabas? sed cedò librum. Ait:

„ *Vbi ex eâ turri, quæ circum essent opera, tueri se posse confisi sunt,*  
 „ *Musculum sexaginta pedes longum, ex materia bipedali, quem à tur-*  
 „ *ri latericiâ ad turrim hostium murumque perducerent, facere insi-*  
 „ *tuunt. cuius Musculi hæc erat forma. Due primū trabes in solo*  
 „ *æquè longæ, distantes inter se pedes quatuor collocantur: inque eis*  
 „ *columelle pedum in altitudinem quinque defiguntur. Has inter se ca-*  
 „ *reolis molli fastigio coniungunt, vbi tigna quæ musculi tegendi cau-*  
 „ *sâ ponant, collocentur. Eò super tigna bipedalia iniiciunt, eaque la-*  
*minis*

minis clavisque religant: ad extreum musculi tectum trabesque extre-  
tremas, quadratas regulas, quatuor patentes digitos defigunt: quæ  
lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigato at-  
que ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocata, lateri-  
bus lutoque muscularis, ut ab igne qui ex muro iaceretur tūtus esset,  
contegitur. Supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua im-  
missa lateres diluere possit. Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus  
corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne \* tectum vi-  
neis, ad ipsam turrim perficiunt, subitoque inopinantibus hostibus,  
machinatione nauali, palangis subiectis, ad turrim hostium admo-  
uent, ut ædificio iungatur. Quo malo perterriti subito opidani, sa-  
xa quam maxima possunt vectibus promouent, præcipitataque muro  
in muscularum deuoluunt. Ictum firmitas materie sustinet, & quid-  
quid incidit fastigio musculari delabitur. Id ubi vident, mutant con-  
silium. cupas tæda ac pice refertas incendunt, easque de muro in mus-  
culturum deuoluunt. Inuolute labuntur; delapse, ab lateribus longu-  
rijs furcisque ab opere remouentur. Interim sub muscularo milites ve-  
ctibus infima saxa turris hostium conuellunt. Compluribus iam lapidi-  
bus ex ea que suberat turri subductis, repentinâ ruinâ pars eius tur-  
ris concidit.

Hactenus Cæsar, sed an Cæsar? ORAN. Ambigere te, vtrum  
clarâ luce lux sit? LIPS. Non est simile. Cæsaris nomen præ-  
scribi, hoc scio: sed & veterem famam & fidem esse, de Cæsare  
auctore. cum tamen curiosè scriptum ipsum examino & int-  
tueor, cogor dubitare, aut dissentire. LAMPS. Ah Lipsi, hæc  
illa sunt, ob quæ studia ista & vos alibi malè auditis, quia am-  
bitiosè sic innouatis. In re tam receptâ, tam testatâ, ambige-  
mus, ob tenuem aut leuem caussam? desiste, & antiqua. LIPS.  
Si vis, facio. sed liceat tamen obiter dicere, multa in Cæsare  
isto legi, Cæsare veteri parùm digna. Pluscula notaui: sed uni-  
uersè, quæ frigida aut hiangs & supina sœpè tota scriptio est?  
quæ conatur potius aliquid dicere, quæ dicit? Itaque obscu-  
ritas & intricatio: denique nomen Cæsaris nisi esset, in tanto  
pretio fortasse liber non esset. Quod ad verba, dico: nam res  
certè bona est, & Cæsaris ipsius, nec fugillo. Ut in alijs quo-  
que libris manus aliqua pruriens, colore in suum pulcherrimæ  
huic tabulæ illeuit: corpus tamen & statum non mutauit.

<sup>\* Potest &</sup>  
<sup>lett.</sup>

C A R O N . At enim , Lipsi , disertissimi etiam viri hunc librum pro exemplari eloquentiae habent , & studiosè imitantur . L I P S . Hoc ideo , quia præsumptio de Cæsare accessit . Q uis illum vi- rum non æstimet , quem constat alterum à Cicerone fuisse , immò ambiguum ei palinam fecisse ? & alia quædam fragmenta eius hoc clamat . Sed tale in istis libris conspici , nos qui aures & animum (ne superbum sit) subactum lectione & Latinitate veteri habemus , non fatemur . O R A N . O quām hoc iudicium of- fendat multos ! L I P S . Sed multos , non tam benè cum huma- no genere agitur , vt bona & vera pluribus placeant : sed nos mittamus . Dixi hæc in occasione , quòd ista Musculi descrip- tio longa & copiosa est , sed parùm lucida : proprium in eo scriptore vitium , dicere multis nec multa . Verba videamus , & appendamus . Ait : *Musculum LX. pedes longum.*] Liceat du- bitare super numero : *Sexaginta* pedes multi mihi videantur , vt Musculus sit , & dicatur . Deinde quæ analogia latitudinis ad hunc numerum ? nam ponit *quatuor* modò pedes latum . Enorme hoc opus sit , & informe , pro meo quidem sensu . Am- plius , materia vniuersa Cæsari *bipedalis* est ( in quadrum , opinor : ) idque ob firmitatem , quæ præcipue hīc quæsita . Si igitur talis ; age , quis mihi dabit trabem sexagenūm pedum , & eā vbique diametro ? rara aut nulla silua . Quartò , quis usus hu- ius machinæ , sic longæ , sic angustæ ? Muro adinouenda est . à fronte igitur , an à latere ? Si à fronte ; palam est , inutilem to- tum illum tractum à tergo , & porrectum corpus . Si à latere , plures tum viri utiles , fateor : sed quī stabit , quod Cæsar mox dicit , *Quidquid supernè incidisset , fastigio musculi delapsum?* Nam teclum duplex , siue displuuiatum in Musculo isto fuit , ex \* Cæ- sare : ergo si pars in murum dependet , quidquid iniicitur , in- ter murum & ipsam hæret . Postremò , tanta & tam grauis mo- quinque .  
\*& eas ca- quinque .  
preolis iū- preolis iū- git . Dispar- autem alti- tudo opus , & in sim- plici reto . Sed nec Ca- preoli con-ueniant .

Columellas enim facit pati altitu- dine pedum & eas ca- preolis iū- git . Dispar- autem alti- tudo opus , & in sim- plici reto . Sed nec Ca- preoli con-ueniant .

rum , *Musculum IX. pedes longum.* Omnia sic consentiant , & in recto . Verè Musculus , & exiguis : interuallum in longo & lato analogum , & suâ symmetriâ : columellæ nonnisi quat- tuor , quarum etiam numerus ideo non expressus : atque ea in singulis

singulis capitibus singulæ. Denique facile admouendum opus, & impellendum. Atquin exiguis tunc eius fructus & efficacia, inquies, quia pauci subibunt. Respondeo, pro hac magnitudine viros denos aut duodenos potuisse latèrē: sed opus facere, ex successione, binos & binos. Nec moueat, si exigua pars muri ita diruta: transferre enim machinam suam ijdem illi subfessores leuiter poterant, & ad infracta admouere. Sanè hoc videndum, & caput est: non in magnitudine Musculi milites innouasse aut accurasse, sed in robore & firmitate: vtque aduersus quoicumque iectus validè staret. Hæc ita dubitantes dicimus: alibi nobis factum in scriptis: & tamen vel sic carpi-mur: quæ ratio est? Ab Aristotele didiceram: εἴναι Τοῖς οὐπορθούσαι βελούνοις πρόργυγα τὸ θάλασσαν κατέλως: Esse utile cōvolentibus doctrinā abundare, apicē dubitare. Per bona quædā, sed calida ingenia, nec hoc licebit? At vident aliquid, quod nos minimè: scilicet nihil nos, in quo eorum oculi Homerici: & tamen exemplum numquid præbeo illusionis? Oro vos per communes Musas, rem communem agamus, bono more, bonâ modestiâ: & si quis alibi cautior vel acutior, sciat & esse ubi neutrum ei adest. In iuuentute primâ aliquis nobis fortassis feruor fuit, sed quod omnes fateantur, sine liuore: & ætas, valetudo, sapientia mox temperarunt. Spero & in aliis, qui Palladis veræ proles sunt: si qui Saturni aut Martis; abeant, & clari magis, quam boni, esse pergent. Quò autem ego pergo? à Musculis ad mures istos viuos, qui rodunt: sed ad illos iam reuertor. Est & in Cæsare: *Quadratas regulas, quattuor patentes digitos.*] Regulæ, directa sunt tenuiora\* ligna, quibus lateres suos cohibet & firmat. Patuere, inquit, quattuor digitos: id est, totillos lati fuere in latere quoque, nisi fallor. An aliquis retulerit magis ad interual-lum, quod inter regulas singulas? non nunc ego. Mox: *Lateralibus lutoque musculus, ut ab igne tutus esset, contegitur.*] Hoc quidem aliquoties legas. Vt in Vitruvio, de Testudine: *Insuper verrò argilla cum capillo subacta, ad eam crafitudinem inducatur, ut ignis non possit nocere.* In Ammiano, de eâdem: *Limo asperguntur eius supremo.* Inferiore quoque æuo factum. & in Nicetâ Choniate scriptum, *Cum Iohannes Comnenus Imp. Anazarbam urbem ob sideret, atque Armenij defensores sepiùs machinas exussissent: tam-*

\* *Latas he-die dici-mus.*

*dem Im-*

dem Imperatorem iis superduxisse τοῦ πεντάμορφα καὶ μεγαλόμορφα ἐν πηλίων πλινθαν : tegmina & velamenta ex laterculis luteis : planè, ut in Musculo hic Iuliano. Mox : Interim sub Musculo milites vectibus infima saxa turris hostium conuellunt. ] Hic Vestibus id faciunt, è ferro scilicet : nec ignotum, quæ eorum vis aut forma. Græci μοχλα vel μοχλὰ vocant, & sunt pali è ligno, aut ferro, ad onera subleuanda aut promouenda. Vitruvius & torculari vertendo adhibet, cumque qui vecte immisso torquet, *Vestiarium* dicit. Si è ligno essent, lingula è ferro in altero capite addi solet, atque hos tales Lingulatos dixerunt, sive Rostratos. Vtibantur & ad muros subruendos, ut hinc, sed ferreis haud dubie, atque ita in Festo : *Vesticularia vita* dicitur eorum, qui vestibus parietes perfodiunt, furandi gratiā. Et in Glofis : μοχλὸς λαθρῆς, *Vestis*. In ijsdem *Vestis*, μοχλὸς σιδηρῆς. Quia autem usui sæpe in militiâ, utroque hoc fine : ecce inter militaria exercitia erat in vecte robur ostentare. Sallustius de Pompeio : *Cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat.* Et utiles sanè isti ad lapides prægrandes emouendos emoliendosque, uti sæpe in veterum muris : ubi minores aut infirmiores Dolabris magis hoc peragebant. Liuius XXI. *Cum muros defensoribus nudasset, tum Annibal occasionem ratus, quingentos fermè Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit.* Distinguit à Securibus idem Liuius, XXVIII. Et aliis partibus securibus dolabrisque cædebantur & refringebantur porta. Tacitus III. Histor. Mox conuersus ad singulos, num secures, dolabras, & cetera expugnandis urbibus, secum attulissent, rogitatbat? Forma Dolabrum columnâ Traiani crebra est, quam milites ligna cædunt, ad muniendum. Eo sensu Corbulo apud Frontinum : *Hostem dolabrum vincendum esse* : id est, operare & munitionibus. Iuuensis item, de Mario :

*Si lentus pigrā munisset castra dolabrum.*

Forma est securis, sed vnicâ & simplici acie; parte alterâ in mucronem acuminatâ, quæ seruiebat maximè muris deruendis, ut prior illa vallo & lignis cædendis.



A. Musculus Cæsaris.

B. Musculus vulgi, falsus.

I. LIPSI  
POLIORCETICON  
SIVE  
DE MACHINIS,  
TORMENTIS, TELIS,  
LIBRI II.

## DIALOGISMVS I.

*De Circumuallatione. Eius multiplicitis & operosæ exempla.*

**A**BSOLVISSE me censco quidquid ad Subitam op-  
pugnationem: ordo me vocat ad Diuturnam. Etsi  
quædam è iam dictis, vt *Testudines*, vt *Vineas*, etiam  
ad hanc adhibita, memini in loco monere. Diu-  
turna igitur oppugnatio adixota scilicet, vbi prior non succe-  
sisset: & aut artibus ingenijque vincendi hostes, aut longâ fa-

H me do-

me domandierant. Sed hanc exspectare anceps, arduunt: & ideo ad maiora Opera aut Tormenta conuersi. Inter Opera primum, *Circumuallatio*. Ea sollemniter olim adhibita Graecis Latinisque, cum premere obsidio munitionem aut locum vellent. Caussa iustissima. claudere enim prius erat, ne nuncij, cibi, auxilia intrarent; tum & ne quis exiret. sed etiam ut se fere obsidentes munirent, contra subitas eruptiones. An & caussa etiam aliqua, Terror? Certè enim metum, aut & desperationem, concipiant necessum est, qui vident sic arctè se claudi: & quamquam cetera adsunt, cogitatio tamen illius carceris nocet, tum & fiducia aut pertinacia hostilis. Ergo plerique olim circumuallabant; ij quidem quibus cura aliqua bonæ militiæ, aut artes. Graecis sæpè nominatur. θυτειχοὺς & περιτειχοὺς, hoc sensu: & ij quoque accurate vñi. Veteres eorum historici, οἰλίθιοι οὐ τλινθαί ad hos muros struendos adhibent: id est lateres aut laterculos, sed crudos scilicet, nec ratio aut otium fuisse videtur ad excoquendum. Et si Figulos tamē\* alibi plurimos in eorum exercitu lego: sed non hoc fine, existimō; potius ad militandum. Fuere igitur, vt Romanorum cespes: et si de modo aut magnitudine nescio, nisi æquabilem tamē & uniformem fuisse. Docet Thucydides, lib. II. qui Platæenses obsecros à Peloponnesijs & muro clausos, dimensos eminus dicit altitudinem iustum muri, ex numero & modulo laterculorum: at que ita scalas apparasse ad transcedendum. Posteriores, etiam vallis & stipitibus interpositis vii videntur, ex Polybibj XVII. vbi Graecam Romanamque militiam hac parte cōponit.

\* In Plutarchi Agephilao.  
Lib. v. De Mil Rom. Dialog. Y.

In Romanorum porrò vallo quid fuerit,\* alibi dicimus: nunc addo, non simplicem sæpè hunc murum fuisse, sed duplicem, contra exteriorem etiam hostem. Si enim auxilia metuebantur, & vis aliqua maior: ipsi fere includebant, ne subito aduentu aut impetu possent superfundi. Hoc in obsidione illâ Platæisium factum, Thucydides sic describit: *Circumuallatio tota Peloponnesiorum habebat duos ambitus sive muros. Unum in Platæenses ipsos; alterum exterius spectantem, & si quis Athenis velleret adoriri. Distabant inter se pedes sedecim: inter uallum medium in aedificabatur tabernaculis vigiliis & custodiis, per sua discrimina. Ea tamen ita crebra & perpetua erat, ut totū opus unus murus videretur crassior, & qui pinnas virimque haberet. Inter denas autem quasque pinnas, Turres erant magna, & aqua-*

et equabili crassitie, quæ tangenter interiorē & exteriorem frontem. sic, dico, ut ambire eas non liceret, sed per medias ipsas transeundum esset. Nec obscura tota ea res, aut aliter illustranda. Atque opus, fateor, per se nec vile, nec improbum: sed quid ad Romana, si contendis? Multa exempla sunt: sed quia eligere mos noster, non colligere, pauca dabo illustriora. Primum, P. Scipio minor, Carthaginem cum obsideret, ita eam & se cinxit, in Appiani Libyco: Isthmo potitus in quo urbs sita, fossam inibi duxit a mari ad mare: ipse ab hoste semotus, quantum teli iactus esset. Atque illi quidem instabant & impedire conabantur, sed Romani operantes simul & pugnantes opus perfecere, quod stadia vigintiquinque in fronte habebat. Ea fossa absoluta, altera haud procul inde duxit, pari magnitudine, quæ ad mediterranea spectabat: iterumque duas similes iis circuponens, totum opus quadrangulum fecit. Omnia deinde vallis acutis muniunt, & post vallos, alias fossas duxit. Parte autem eadē, quæ Carthaginem spectabat, sua castra. murum vallumque struxit, in vigintiquinque stadia: altum, absque lorica aut pinnis, pedes duodecim; itemque absque turribus, quæ per spatia interponebantur. Crassities autem muri quasi dimidiata, id est pedum senum. In medio autem eius propugnaculum excelsum erat, & in eo turris lignea, quattuor tabulatorum, unde prospicere erat, quid in urbe ageretur. Hęc omnia spatio viginti dierum & noctium (breuitas temporis notetur) absoluit, toto exercitu per vices pugnante & operante, ac vix cibum aut somnum capiente. quem deinde vniuersum intra septum istud induxit, & locauit. Atque haec ei simul & castra erant, & munimentum: unde egressus & impetum faciens, commicatum afferebat, qui terrā inuehebatur. Nam hac ceruice excepta, reliquā parte, mari Carthago alluebatur. Hoc Scipionis opus, facile intellectu, si quis situm Carthaginis veteris, pictum in tabulis, cum lectio- ne istā confert. Nec contentus terrā sic clausisse, mare ijs aufert, portu peraggerem clauso & intersepto. quem ille duxit & iecit à tenui illa velut terrae fasciā, quæ inter lacum & mare interiecta, Lingua dicebatur. Progrediens autem illinc in mare, & recta in os portus tendens, firmavit opus magnis stipatisque lapidibus, ne a fluctibus auferrentur. Erat autem supernè latitudo Aggeris, pedum viginti- quattuor, infra autem & in aquis vel quadrupla. Id opus initio Pœni irridebant, ut tardum & longum, aut potius numquam absoluendum. Sed cum tantus ille exercitus operas conferret, nec diu aut noctu inter-

\* Ut solent  
Romani  
sua castra.

mitteret; territi, parte aliâ portum sibi fodere, ad medium mare, ceperunt. Grande profectò & admirabile hoc quoque opus consideranti, & in quo pertinax labor naturam pñè vicit. At enim idem Scipio, cùm Numantiam, in Hispaniâ vrbe nobilem, obssideret; grande quoque opus, & tale (Appiano in Ibericis narrante) struxit. Erat ambitus Numantia stadiorum vigintiquattuor: circumuallationis quam parabat, supra eius duplum. Atque id spatum diuisum totum per partes operantibus fuit, & cuique parti prefecti quidam, operis exactores & probatores. Prædictum autem, ut siquid hostes impedirent aut turbarent, signū in eâ parte tollerent, de die quidē vestē purpuream in longā perticā: de nocte, ignem, ut ipse Scipio & Fabius maximus eius frater, in necessariis alibi intenti, possent succurrere. Ut igitur hæc perfecit, alteram fossam iterum duxit, hanc longè ab illâ, & vallos in eâ defixit, & murum inædificauit. cuius latitudo erat, pedes octo; altitudo, decem, absque propugnaculis. Turres autem ubiq; interpositæ, per singula iugera, siue centenos pedes. Lacum autem contiguum cùm nō liceret muro peruidere aut instruere, \* Aggerem ei iniecit, parem gnisilicet, muro & altitudine, & crassitie, ut is esset loco muri. Cùm autem et flumen Durias, præter opidum fluens, utile obfessis esset, tum ad emissiōnem & receptionē hominum, tum ad viettū (nam & vrinatores trāsibant, & scapha interdum, vento grandiore, aut & remis, adiutæ:) nec iungere id ponte facile esset, latum & violentum: propugnacula duo in utrāque ripâ constituit, loco pñtis. & ex propugnaculis iis, funibus suspendit trabes longas, & per totum flumen pertinentes, quibus infixi velut gladij & tela acuta erant. que trabes impulse à flumine, assidueq; rotantes, ne que natantes, neq; nauigantes, sed nec vrinantes patiebantur latere aut transire. Quod maximè Scipio volebat, ut nemine ingrediente aut transeunte, ignari essent omnium, que extrâ gererentur. Ut autem parata sic sunt omnia, & turribus catapultæ imposita, & ballistæ; & ad pinnae ac propugnacula appositi lapides, tela, & iacula; castella autem sagittarij & funditores habuerunt: tum nuncios dispositi per totum opus, qui die ac nocte, aliij ab aliis dicta excipientes, significarent ei quidquid ageretur. In turribus autem iussit, si quod eueneret, signum tolli: in primâ, dico, earum, ubi periculum esset. Et sequi deinde atq; attollere consequenter alias, cùm illud in primâ vidissent: ut per signum quidem celerrimè cognosceretur motus aut hostium molitus, sed certitudo rei per nuncios. Exercitus porrò vniuersus, cùm ad L.X. millia pertingeret,

\* El apidi-  
bus & li-  
gnis silicet.

tingeret, vnu cum incolis auxiliaribus dimidium eius dispositum ad muri vallique custodiam; viginti autem millia oppugnationi reseruauit, si qua-  
do ea esset; et subSIDium istis reliqua decem millia. Locus autem et istis omnibus assignatus: nec mutare, nisi iuberentur, licebat. Ad mandata autem subito ibant, et parati erant, secubi signum sublatum esset. Ipse etiam Scipio, uniuersum hoc opus \* quinquaginta stadiorum, queque die ac nocte circuibat. Scipionis haec opera, & circumuallatio, indu-  
stria & curae plena: atque omnia, tanto Imperatore digna. Sed Octavianus etiam Cæsar, postea Augusti, circumuallationem adnoto, in Appian.v.Ciuit.pauillò maiorem, & breuiter recen-  
sendam. L. Antonius, in diffensu illo ciuili, Perusiam se contulerat.  
quem insecurus Cæsar, cu omni diligentia, copijs opus facere iussù, vallo  
& fossa, quinquaginta sex stadia amplexus, clausit. sed et brachia  
longa ad Iberim usque protendit, ne quid in urbem posset inferri. Con-  
tra Lucius, ipse quoque simili vallo & fossa, pedes collis muniebat.  
Cæsar deinde, cum copias aduentanti Asinio & Ventidio opposuisse, ce-  
leriter Perusiam rediens, fossas sudib[us] vallisque muniuit, & latitudi-  
nem atque altitudinem earum auxit, ut hec utraque triginta pedum  
essent. Sed et murum auxit & eleuauit, & turres in eo ligneas ad  
mille quingentas statuit, sexagenos pedes inter se distantes. Sed et pin-  
ne crebra erant, & alijs apparatus: eaque omnia duplicita, et velut  
bisrons circumuallatio, tum contra obfessos, tum etiam si quid externi  
auxilijs aduentaret. Ita Augustus: in quo opere turres maximè mi-  
remur, tot & tam crebras. Sed quid haec colligo? Cæsar ille Iu-  
lius, qui in omni re militari super omnes, etiam in istâ fuit. Co-  
mentarij eius varie ostendunt: sed adsumatur vna nunc Alesiae  
obsidio, in qua res gestæ quantas audere ( Velleij verba & iudi-  
cium ) vix hominis perficere, p[er]nè nullius, nisi Dei, esset. Age vero,  
verba ipsa & narratio Cæsaris audiantur: quis legit? Fv.R. Ego,  
libens, & tu pauillum interquieresce. Ait:

Ipsum erat opidum (Alesia) in colle summo, admodum edito loco, ut  
nisi obsidione expugnari non posse wideretur. cuius collis radices duo,  
duabus ex partibus, flumina subluebat. Ante id opidum planicies circi-  
ter millia passuum tria in longitudine patebat, reliquis ex omnibus par-  
tibus colles, mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigio, opidum  
cingebant. Sub muro, quæ pars collis ad Orientem spectabat, hunc omnem  
locum Gallorum copie compleuerant, fossamque & maceriam sex in al-

\* Sunt mil-  
liaria sex,  
& duo sta-  
dia.


\* Leg. prod. tititudinem pedum produuerant. Eius munitionis, que ab Romaniis in  
 „ stipuebatur circuities undecim millia passuum tenet. castro opportu-  
 „ nis locis erant posita, ibique castella virginitria facta.

Cæsar deinde, an unaduerso Gallos in urbem copias reduxisse,  
 bellum velle ducere; auxilia totius Galliae exspectare, auger mu-  
 nimenta, &c. sic ait post pauca:


\* Libri quidam summa  
 Quibus rebus cognitis ex per fugiis, Cæsar hæc genera munitionis in-  
 stituit, Fossam pedum xx. latam, directis lateribus duxit: ut eius solum  
 tantundem pateret, quantum summa labra distarent. Reliquas omnes

munitio[n]es ab eis fossâ pedibus quadringentis reduxit, id hoc consilio,

\* Lego, nec quoniam tantum esset necessario spatium amplexus, ne facile totu[m] opus  
 „ corona militum cingeretur, ne de improviso aut noctu ad munitio[n]es ho-  
 „ stium multitudo aduolaret, aut interdu[t] tela in nos[tr]os operi destinatos  
 „ coni[c]ere possent. Hoc intermisso spatio, duas fossas quindecim pedes la-  
 „ tas, eadem altitudine perduxit: quaru[m] interiorem capestribus ac demis-  
 „ sis locis, aquâ ex flumine deriuata cōpleteuit. post eas aggerem ac vallum  
 „ duodecim pedum struxit, huic loricam pinasque adiecit, grandibus cer-  
 „ uis eminentibus ad commissuras pluteorum atq[ue] aggeris, qui ad scensum  
 „ hostium tardaret. turres coto opere circumdedit, quæ pedes octopin-  
 „ ta inter se distarent. Ad hæc rursum opera addendum Cæsar putauit, quo  
 „ minore numero militum defendi munitio[n]es possent. Itaque truncis ar-  
 „ borum, haud admodum firmis ramis, accisi, atque horum delibratis ac  
 „ præacutis cacuminibus, perpetua fosse quino pedes altæ ducebantur.  
 „ hic illi stipites demissi, & ab infimo reuincti, ne renelli possent, ab ramis  
 „ eminebant. quini erant ordinis coniuncti inter se atque impliciti; quo  
 „ qui intrauerant, sese ipsi acutissimis vallis inducebant. Hos Cippos ap-  
 „ pellabant. Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis, scrobes  
 „ trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim angustiore ad sum-  
 „ mum fastigio. hic tereetes stipites, feminis crassitudine ab summo præ-  
 „ cuti & preuisti, demittebantur: ita ut non amplius quatuor digitis ex  
 „ terra eminerent. Simul confirmandi & stabiliendi cauſſa, singuli ab in-  
 „ simo solo pedes terræ exculcabantur: reliqua pars scrobis, ad occultan-  
 „ das insidias, viminibus ac virgultis integrabatur. Huius generis ottoni  
 „ ordines iuncti, ternos inter se pedes distabant. id ex similitudine floris  
 „ Lilium appellabant. Ante hac, talex pedem longæ, ferreis hamis infixæ,  
 „ totæ in terram infodiebantur, mediocribusque intermissis spatijs, om-  
 „ nibus locis differebantur. quos Stimulos non inabant.



PLATÆNSIS OBSIDIO.





CARTHAGINIS OBSIDIO.

## DIALOG. II.

*Cæsar totus explicatus in verbis qua suprà. Brachia, Lorica, Ceru, Stili cæci, & alia vicina.*

**L**I P S. Satis mi Furi, desine. audistis quid in totâ eâ munitione fuerit; &, si mens ibi & attentio, mirati haud dubiè multiplex & pænè infinitum hoc opus fuistis. CAR. Audiimus, sed hoc tantum. Confusa alibi aut obscura narratio, & plenè capere si nos vis, per partes dispone, & illustra. L I P S. Age, fiat. Cæsari hoc detur; sed & Operi, quod, me iudice, meretur memoriam & vitam. Sunt in eo toto tres partes, *Interior munitione*, & *Exterior*, tum *Circumuallatio* his interiecta. Ego de *Circumuallatione* primùm dicam & excerptam: quia reipsâ prima fuit (Fossis dum taxat exceptis) & reliquæ munitiones inox adiectæ. Ea habuit has partes, *Vallum*, *Loricam*, *Ceruos*, *Turres*. Videamus finigillatim: & primo

**VALLVM.** Id fuit *pedum* XII. vt ait: nec definit de latitudine aut altitudine: an quia idem fuit? Solet aliquoties: & in Hirtio leges, *Vallum decem pedes altum*, cuius agger tot pedes in latitudinem patebat. Et opus omnino latitudine fuit, ad insistendum & defendendum. Quid in reliqua strueturâ eitis fuerit, curiosè dicimus in ijs quæ de \* M I L I T I A. Nunc addo, nomen aliquando variare, & *Brachium* appellari. Hirtius in bello Hispaniensi: *Cæsar munitionibus Ateguam oppugnare, & brachia circumducere caput*. Idem in bello Alexandrino: *Castellum quod rex munierat, brachiisque cum opere castrorum munierat*. Liuius XXXVIII. Nicodemus in tempesta nocte, superato brachio, in urbem penetrat. Lucanus:

— fontesque & pavula campi

*Amplexus fôsâ, densas tollentia pinnas,*

*Cespitibus crudaque exstruxit brachia terrâ.*

Apertè vallum ita nominat, & Cespitibus struit, & Pinnas etiam addit. Caussa nominis, quod eiusmodi valla in brachium & cubitum ferè curuantur: vnde & à Græcis ἡγεμονεῖ dicuntur, siue & στέλε, *crura*, vt in Appiani suprà verbis. Alioqui flexus illi etiam & sinus terræ, *Brachia* simili caussâ, appellantur. vt in Curtio, libro vi. *Duo terræ eins velut brachia excurrunt, media*

*media flexu modico sinum faciunt, Lunæ similem.* Ouidius:  
—nec brachia longo

*Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*

Pars secunda Valli, *Lorica*. Ea vox variâ significatione innotuit. pro tegmine pectoris militari: vt frequentissimè. pro tegmine aliarum etiam rerum, aut inductione: vt in Vitruvio, *Lorica ex calce & arenâ inducuntur*. In Varrone: *Parietes opere tectorio loricandi*. In Plinio: *Ichnemon limo se mergit & loricat*. Imago est & traductio ab illâ militari, quæ corpus amplectitur & tegit. Paullatim longius etiam itum, & obiectio aliqua aut tegmen nobis antepositum, siue munitiuncula, *Lorica dicta*. Ita muruli in ambitu, minores valli minusque lati: sed & è cratibus, aut tabulis pluteisque sepimenta, in hoc nomen venere. De murulis, in Curtio libro IX. *Angusta muri corona erat, non pinnae, sicut alibi, fastigium eius distinxerant, sed perpetua Lorica transitum separerat*. Significat muri eius, quem Alexander animosè consendebat, *Loricam* non fuisse ut alias vulgo, Pinnis distinctam: sed sine apprehensione aut transitu, continuò structam. Eò ægrius fuisse, stare illuc aut hærere. Ammianus: *Muros altius extollebat, hac lorica celeri diligentia consummatâ, in tuto locandam securitatem suam existimans*. Idem iterum<sup>1</sup>, libro xxv. *Erat in hac regione extentum spatium & rotundum, lorica ambitu circumclusum, destinatas regijs voluptatibus feras continens*. Viuarium fuit, & muro simplici circumductum. Sed & alia ambitio aut ~~secesserat~~ sic dicta. vt Apuleio libro vi. *Dum sic mecum iocatur comes, iam domus eorum extremam loricam peruenieramus*. Itaque in Deuteronomij cap. xxii. vbi ~~sepulchrum~~ Grœci verterunt, quidam è Latinis *Loriculam*: structurâ scilicet illam superam ædium, qua Solaria sua ambiebant & cingebant, contra casum aut delapsum. Nam plana tecta eorum esse solebant, ad apricandum aut inambulandum: atque in orbem isti muruli, quibus innitentes fas erat despicer. Dauidi hoc factum, quem sacræ litteræ aiunt *deambulasse in solario domus regiae*, & vidisse lauantem illam, quam in omni vitâ pœnituit vidisse. Pro vallo autem aut terreo murulo, Tacitus IIII. Hist. *Loricam vallumque per fines suos Treuiri struxere*. Iterum IIII. Annal. *Sabinus fossam loricamque contexens, quatuor millia passuum ambitu amplexus est*. Florus de Scipione, ad Numantiam, libro II.

cap. xviii. *Fos̄a atque loricā, quatuorque castris circumdedit.* Idem de Cæsare, ad Geroniam, lib. iii. cap. x. *Octodecim castellis, ingētiique [quasi] loricā circumdatam, fame domuit.* Dele inclusam à me voculam, auctoribus libris. Sed & legitimum ipsum vallum, sudibus, turribusque instruetum, Vegetius vult sic dictū, lib. iv. cap. xx. *Obsidentes vlt̄ à teli iactum fossam faciunt, eamque non solum vallo & sudibus, sed etiam turriculis instruunt, ut erumpentibus è ciuitate possint obſistere.* quod opus Loriculam vocant, & sapè cū obſidio describitur, inuenitur in historijs, **LORICA VRBEM ESSE CIRCUMDATAM.** Ita Vegetius quidem: sed vetustiores tamen sic locutus, haud temere dixerim, tñō euhn discriminē ferē, quod monui, & vt pars modò Valli Loricā sit. Illud tamē æuūm solet, & paullò superiū, vt ex Flori locis liquet. Iam de Cratibus & vimineā sepe: ecce in Cæsare ipso v. Gallic. *Turres contabulātur, pinnae loricaeque ex cratibus attexuntur.* In Hirtio, viii. Gallic. Pontes conſtrati, quorū frontes viminea loricula muniuntur. De Pluteis autē, in hoc loco Iuliano, quem legimus: *Ad commissuras pluteorum, atque aggeris.* putamus enim loricam intelligi putealem, locumq; signari, quā aggeri & vallo iungitur. Clariū hoc in vii. Gallic. *Duabus retentis portis, ceteras obſtruit, pluteos vallo addit.* BILL. Satī nouitia & inopinata me doces: nec ego de hoc ligneo genere loricarum suspicatus vimquam fui. Cesaris illa, sic capiebā: quasi Pluteos additos, id est antepositos præfixosque vallo vellet, contra reſcissionem eius & demolitionem; quein falcibus taliq; apparatus solent moliri. Obſtitisse igitur tunc Pluteos. Lips. Nec abſonum hoc, aut nimis futile: sed firmiter tamen nostrū videatur. vt ſepes ſic craticeas, aut & lignreas, ſtruixerint, poſt quas tuti eſſent. Ita enim & Vineas, & Pluteos, ex hac materie ſtruebant, & eodem fine: vnde, vt puto, exemplum. Tela ſanē illa veterum, his aut inhærebant, aut frangebantur: denique facile, & non in arduo, hoc opus. Pro eo autē & Hirtius mihi videtur, viii. Gallic. *Castram imperat vallo pedum xii. muniri, coronisque pro hac ratione eius altitudinis inaedificari.* Ita yulgò, nec pessime: & poſſit Corona eſſe, quod ſt̄pān iam dicta in libris ſacris. Sed libri tamen scripti conſentiant legere, *Loriculamque; pro hac ratione.* Ergo teneamus, & quia **INAEDIFICANDI** verbo vtitur, ligneam fuisse ſuspicemur. Hic ſuspicio, at in Suidā aſsertio: Δριφεων, inquit, ξυλων θώρακες,

ωδειφρά-

φέρατη μετα τὰ νῦν τανλωτά καλέσθω : Dryfracti, ligneæ Loricæ, quæ nunc tabulata vocantur. Nihil clariss: & nomen ipsum factum, ἀπό τὸ τοῦ δρυσοφράστης : ab eo, quod lignis munitio hæc fiat. In eodem scriptore: Θωράκιον, τὸ τεῖχος. Θωρακίοις, περιμαχῶσι, δρυφράκτοις λαρι- χοῖς: Thoracium, ipse murus. thoracijs, propugnaculis, Loricis ligneis. Atque hec Loricæ murorum vallorumque sunt, pinnis distinctæ; ἐπάλξεις Græcis, περιμαχῶν, & creberimè Latino ritu θώρακες siue θωρακία, Loricæ aut loricula dictæ. BILL. Maiores tenuerūt, & paul- lum modò vetustiores muri nostri Europæi habent: idque cum distinctione istâ Pinnarum. Hodie omitti placuit Pinnas, ob infirmitatem: et si Loricæ teneamus, & nostro verbo Parapetos. Sed altitudo, sodes, Lipsi horum talium quæ fuit? Lips. Haud stabilis semper aut exactè eadem: & in Hirtio audisti; Loriculam pro ra- tione altitudinis inædificari. In humili ergo vallo, humiliorē paul- lò, grandiusculam, in altiore. In Iosepho lego, velut de more, sed in amplâ Hierosolymorū munitione, Loricas trium pedum altitu- dine fuisse; Pinnas, duorum. Et sanè ea mensura ad viri modum sit, atque abundè ei tuendo. Sint & quattuor pedes, in vniuersum: sufficerint in castrensi vallo. Sed ad partem Valli tertiam venio, qui sunt CER VI. Non iij quidem in omni vallo, hon: sed hic à Cæfare adtexti, maiori tutelæ & securitati. Quid ergo iij sunt? Cerui, inquit Varro, à similitudine cornuum cerui. Sunt igitur ramo- si trunci arborum, in eam faciem: atq; iij firmiores aliâs, aliâs in- firmi. Isti teneriores & infirmi, Ceruoli dicebantur, verbo diimi- nuente. In Hygino: Ceruoli, trunci ramosi. ad hos decurritur, si soli na- turâ, nimia teneritate, cespes frangeretur. Vt ebantur his igitur in vallo struendo, ad terram coercendam adstringendamque, iden- tide interiectis. Nos hodieq; facimus. & sic idè Hyginus: Nec vallum exstru, nec fossa fieri potest, vt nō ripæ decidant, quoties Ceruoli desunt. Quod tamen vbi legitimus densusque cespes, vix opus. De his Ceruolis, Frontinus etiam, lib. i. cap. v. Pelopidas vallū, cer- uolis & alio materia genere constructum, incendit. Virgulta hec fuisse mixta copiosè indicat, tum & sudes, ac ligna. Et minorum hic vsus: quis maiorum? diuersus, & ferè duplex. Receptissimus iste, vt truncos illos firmiores in terram depangerent, & variè sere- rent, itineri impediendo aut obstruendo. Vt in Liuio, XLIV. Ro- manus ad Clitas quas vocant, munimenta Ceruis etiam obiectis, vt viam

*intercluderet, à Macedonico ad Toronicum mare perducit. Fuere solae & valli, & ante ea cerui isti: consimiliter ut in Cæsare Cippi, de quibus audiemus. Silius & hoc factitatum vult à timidis Cannarum reliquijs, quæ Canusium se receperant, & Annibalem in horas exspectabant. Muniunt se igitur,*

*Quaque patet campus planis ingressibus hosti,  
Ceruorum ambustis imitantur cornua ramis.*

Obserues amburi solere, ad robur & duritatem, & simul acumen: ut in Sudibus præustis. Tibullus quoque sic adhibet, ad Messallam:

*Nam te non alias belli tenet aptius artes,  
Quæ deceat tutam castris præducere fossam,  
Qualiter aduersos hosti defigere ceruos.*

Nam sic viri docti rectè emendarunt: etsi quis Nerus, qui ante legebantur, ad Tormentorum dispositionem aptam retulerit. sed renuit Defigendi tamen verbum. Atque is prior usus, & creber: alter qui hic in Cæsare, rarior, Grandes ceruus eminuisse ad commissuras pluteoram atque aggeris, qui ad censum hostium tardarent. Puto igitur in exteriore vallo eminuisse, insertos inter Loricam ligneam, & Aggerem ipsum, simplicis coronæ in modum: & vidi agrestes nostros, spineas eiusmodi projecturas, in Loricis terreis, eidem fini, usurpare. In Virgilio Cerui etiam leguntur,

*Atque humiles habitare casas, & figere ceruos:*

sed pro arborum truncis longioribus, ijsque furcatis, opinor: quibus transuersa tigna injici possent, ad sustinendum. Fit in Tugurijs, & rudi opere rusticorum. An hoc sensu Appianus v. Ciuilium *uegas*, dixit? Facit enim Bruti milites, cum Xanthiorum urbem oppugnarent, *alios scalas subitarias fecisse*; *alios uegas admouisse*, ijsque pro scalis usos. Et interpres qui dem vertit Ceruos, profecto haud inepte, si tale aliquid fuit:

\* Nempe truncis arborum, cū ego voluissem Antennas, quas ex nauibus scilicet sumpserunt, lateralibus & per eas connixi in muros. Pars deinde quarta, T V R R E S. ter accisis: quas *toto opere circumdatas* scribit, interuallo inter se pedum qui possint esse Scalas. L X X X. Atque hæ diuersæ turres erant ab ijs, quas poste à dictum loco.

Mobilibus: fixæ enim istæ, & minus operosæ, minus que etiam altæ. Julianæ hæ sanè crebræ fuerunt; & calculus euincet,

euincet, fuisse in undecim milliarum ambitu, ad sexcentas octoginta septem. Quid in ambitu Exteriore quattuordecim milliarum? palam est, accessisse ad dictum numerum, C L X X X V I I. Ergo in utroque ambitu, insimul, ∞. 10. L XI. Haud longe ab hoc numero & Octauianus Cæsar ad Perusiam, cuius lignas ibi turres Appianus numerat, mille quingentas. Quidquid dissimulemus, sunt haec miranda; sed alia etiam restant, & sequitur

INTERIOR MUNITIO, quam dixi. Ea comprehensa est in latitudine pedum CCCC. ab opido castra versus, & habuit has partes: Fossas, Cippos, Lilia, Stimulos. FOSSAE fuerunt, tres. Prima, sub ipsum opidum ad radices collis, pedum XX. directis lateribus. Ab hac pedum CCC. spatio, duas iterum fossas duxit, sub ipsis castris, XV. pedes latus, eadem altitudine. Cum autem hic par altitudo, credibile & in primâ illâ fuisse, etsi non dixit: immò libri prisci nec latitudinem illuc exprimunt, sed scribunt, ut iam recitaui. Ex duabus autem istis ultimis, alteram interiorem, campestribus ac demissis locis, aquâ ex flumine derivata, compleuit. Fuere enim palam duæ: non una, ut prauo acumine, interpres quidam dixit. Nam duas vult nominatas, adspectu sectionis quæ à flumine medio facta: atque ideo nec interiorem quidem legit, sed inferiorem. Quæ haec mala libido innouandi est? certè protutelâ & reliquâ dignitate operis, magis facit, fuisse duplices: quod palam hic scribitur, & alibi simile obseruetur. Una autem ex his fossis, eaque aquâ repleta, vallo adhæsit: altera quo interuallo ab eâ, non dixit. Haud magno tamen, id credam. Haec cum ita fecisset Cæsar, in spatio illo campoque medio pedum CCC. opera haec instituit, & totum locum varie impediuit. Primò, quos CIPPOS appellabant, defixit. Eorum quinque ordines ponit, in totidem perpetuis fossis, & infernè reuincit: re totâ in eo fatis clarâ, nisi quod verba aliquid tenent. Nam ait, truncis arborum, hanc admodum firmis ramis, acisis, fossas consitas. An ergo rami quæ siti infirmi? ego contra censem, & operis ratio ac finis vellet. In veteribus consensu ferè, aut admodum, aiente siue alterante particula, itemque absisis. Retinet, hoc sensu. ut aut truncos ipsas rotaruin arborum

arborum captos velit, sed iuniorum; aut & maiorum ramos firmiores, qui cum suâ sobole idem præstabant. Hós enim sparsos & ad latera exstantes ramos, dolabrâ aptabant & exacuebant: quod in quibusdam veterum bene *dolabratîs* legitur, non *Delibratîs*. Quod autem est, *Cippos* dictos, nihil equidem muto: sine fraude tamen vacillationem optimi codicis indico, qui Torrentij antistitis fuit, in quo correctum *Cappos*. Incidebat, *Scapos*. & sanè militum lasciuia hunc velut Martialem hortum habuit & conseuit, & nomina etiam fortassis ( vt mox *Lilia* ) à re hortensi sumpsit. Alioqui *Ceruos* licuisset, recepto verbo. Sed hoc in ventum dixerim: pergo ad ipsa *Lilia*. quibus fodit *scrobes*, *trium in altitudinem pedum*, paullatim angustiore ad summum fastigio. Nego, ad summum: nec qui considerat, admittet. Quid libri? meliores omnes, *ad infimum*: & defendendum est. Scrobes nempe ita factæ, vt patulâ rotunditate, paullatim angustarentur coirentque ad imum. Ni sic fuisset; quomodo terra exculcata commode, quod additur? *Singuli ab infimo solo pedes terrâ exculcabantur*. Sententia est. è tribus illis pedibus altitudinis, tertium ab imo deperisse; terrâ aggestâ ad stabiliendum stipitem, & circa eum stipatâ & exculcatâ. Nam Hotomannum bona Mens non impulit duas voces inducere & auferre, *pedes terrâ*. Quid ergo reliqui duo pedes? ij vacui. & addit: *reliqua pars scrobis, ad occultandas insidias, viminibus ac virgultis integrabatur*. Id, inquam, eo sensu. vt vimina ac virgulta sumimam oram foueæ texerint, ei superstrata: imò & herbidus cespes super ea, vt opinor, ad magis occultandum stilum. qui etsi quattuor digitos eminebat, vt dixit; tamen facilè hac tali materie celabatur. Festus id dixit, *Vallum cæcum*. Verba: *Cæcum vallum, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis & frondibus occuluntur*. Hirtius in Africano bello: *Valli fossarumque altitudo, & extrâ vallum stili cæci mirabilem in modum consiti, vel sine defensoribus, aditum aduersarijs prohibebant*. Vocat *Stilos*, sicut & Silius:

Et stilius oculatur, cæcum in vestigia telum.  
Cæcum, non quod non videt, sed non videtur: vt cæca vada, cæci scopuli, morbi, & plura. Pompeius hoc tale vallum struxit, in ipsum Cæsarem, tunc cum Brundisio excederet: Fos-  
fas trans-

sas transuersas viis præducit, atque ibi sudes stipitesque præacutos defigit. hæc leuibus cratibus terraque inequat. Vides herbam, terram, crates instratas: & dolus ita poscit. Quo scitissimè vñ in Romanos posteriores Lazi, barbarus populus. quod ita lego in Suidâ, nescio an ex Menandro: Oi δὲ λαζοι βόθροι ὄρυξαντες, καὶ δύπατα τοὺς βόθρους ἐγκαταπίγχαντες, παροῖσην δέ μων πολὺν οὐ βεβαῖαν ἔχοντες, αὐλὰς τε τὸ σπηθερόμαρτν ἀχθοῦ διαδικανέσση τὰ σόματα τῶν ὄρυγμάτων εἰκάνων. καὶ χεῖ εἰνεβαλόντες, τὰ τε τῷ περιεπέρα χωρία γεωργίουτες οὐ πυρεὺς ποτε εἰσεργαντες, ἵτε γεώσαντες τὰς Ρωμαὶς: Laz i scrobibus effossis, & stilos in ijs defigentes, cratibus arundineis & tali matere, quæ firmitudinem non haberet, sed ad onus illatum cederet statim ac laberetur, ora scrobium texerunt. Tum & terram superiecere, & circâ arauerunt, & frumenta inseminarunt: atque ita vicerunt fuderuntque Romanos. Tales igitur stipites hiluliani defossi, & quidem octonis ordinibus dispositi, in quicuncem. Sed claudit & dicit, id ex similitudine floris. *Lilium* appellatum. Hic subsistunt, aut varie se mouent. Quæ enim in toto opere similitudo *Lilij*? inquiunt. Nec de nihilo dubitatio: & eò decurritur, ut dicant calycem ipsum *Lilij* designari, cum id clausum adhuc, nec se expandit. Is capite leuiter protuberante, & quadrato est: & talem fuisse volunt immissum stipitem, eoqué asperatum. Hæreo, imò non hæreo. nōnne enim Cæsar disertè scribit, *stipites teretes* fuisse? nec forma hæc quadrata, aut *lilij* clausi conuenit. Meo nunc sensu, adspicit similitudo totam soueam supernè expansam iacentemque in orbem: cui medius deinde stipes inseritur. atque id est velut *Lilium* patens cum stamine suo aut stilo. Tu, aut tu, aliquid aptius? doce te. In silentio vestro, pergo ad S T I M V L O S, quartum in hac areâ opus. Non contentus Cæsar dupliciter impedisse iter, hos quoque addit: & *Taleas*, pedem longas, ferreis hamis infixas, totas in terram infodiebat, & per interualla modica spargebat. Numerum aut ordinem non dicit: obtinuere totum spatium, quod reliquum ad primam fossam. Istæ autem *Taleæ* breues, nec nisi pedales: atque ita notetis, totum opus per gradus creuisse. primò minoribus *Taleis*, mox maioribus *Lilij*, maximis denique *Cippis*: creuisse, adspectu dico eorum qui inuasissent. Dicit autem hos *Stimulos* nominatos: & approbo. quid tamen ita

longè abit & diuertit optimus Torrentij codex, qui *Famulos?*  
An *Hamulos?* nam hamis infixas dixit. An *Flamulas?* quod ge-  
nus Violæ Latinis est, vt non abeamus ab horto. An *nugas*  
*ago?* cùm Cæsar ipse mox, cùm adsultasse castris Gallos facit,  
ita scribat: *Galli dum longius ab munitione aberant, plus multitu-*  
*dine telorum proficiebant. posteaquam proprius successerunt, aut se ipsi*  
*Stimulis inopinantes inducebant; aut in Scrobes delapsi transfodieban-*  
*tur. Stimuli ecce repetuntur, nec vacillat ibi liber: sed & ordo*  
*exponitur harum depositionum, quem dixi. Interioris munitionis*  
*omnia habetis: quid in*


**E X T E R I O R E?** Eadem. Facies enim modò diuersa fuit, &  
hæc hostem spectauit, vt illa opidanos. Cæsar id ita dicit: *His*  
*rebus perfectis, regiones secutus aquifissimas pro loci naturâ, xiiii i.*  
*millia passuum complexus, pares eiusdem generis munitiones, diuersas*  
*ab his, contra exteriorem hostem perfecit: ut ne magna quidem mul-*  
*titudine, si ita accideret, eius difcessu munitionum presidia circum-*  
*fundi possent. Oratorem si lubeat agere, diffundam & ostendam*  
per partes, tot iterum *Fossas, Vallum alterum, Turres, denique*  
*Cippos, Lilia, Stimulos: omnia hîc, in aucto ambitu, auctiora. Ego*  
non faciam: & magna admiratio silentium magis imponit.  
**BILL.** Certè admiramur. **C A R O N.** Stupemus. sed quam magna manu, quo spatio, Cæsar hæc opera? **L I P S.** Non nisi *de-*  
*cem legionibus: sed nempe illis veteranis, & quibus ipse elogium*  
in Hirtio tribuit, Hispanos alloquens: *An me deleto, non animad-*  
*uerterebatis, decem habere legiones populum Romanum, que non solum*  
*vobis obfistere, sed etiam cælum diruere possent?* Superba mihi sa-  
pè & improba visa dictio (& est:) sed si quis hæc opera talia  
considerat, nónne has veras molitiones gygantum dicat, nec  
nostræ fortis? Quæreris & de tempore. non expressit quidem Cæ-  
sar: tamen ex eo colligas, haud longè supra *triginta dies impen-*  
*sos. Nec abnue credere. Scipionis illud ad Carthaginem, *viginti**

*dies tenuit: & eiusmodi alia, nobis semper mira, quia desumus*  
facere miranda. **L A M P S.**

*Hæ potuere manus adiungere Sefton Abido,*  
*Ingestoque solo Phryxaeum elidere pontum.*

Sed tamen est quod quærarim Lipsi, in totâ hac munitione.  
Clausisti introrsum, extrorsum egregie: quid autem? nulla

viæ igitur relictæ ad excendum , aut ineundum ? perpetui illi  
*Cippi, Lilia, Stimuli?* L I P S. Minimè vel me tacente res id dice-  
bat, exitus quosdam ad frumentationes, pabulationes, aqua-  
tiones , aliosque usus, relictos. Sed ubi? Quod oblitus eram  
dicere, *vigintitria castella*, id est parua quædam castra , in Cir-  
cumuallatione eâ fuerunt : in quibus cohortes aliquot mili-  
tum, & velut corpora essent, contra vim & incursum. *Quòd si*  
tot illa, quot dixi , ponimus : fuerunt quasi medio milliari quo-  
que interiuincta : etsi libri quidam scripti , *triginta tria* ea fa-  
ciunt. Ad hæc igitur castella mi Lampsoni , opportunè vias &  
exitus nunc collocamus. F V R. Unum etiam ego. Interuallum  
inter Exterius Interiusque vallum , quantum fuisse censes?  
L I P S. Si interius in ambitu habuit  $\times 1.$  milliaria , Exterius  
 $\times 1111.$  vt hîc scribitur : ratio colligit, fuisse inter utrumque,  
passus circiter *nongentos quinquagintaquatuor*. Magna latitudo.  
& propemodum milliari uno vallum à vallo abfuit : sed cau-  
sa, credo, ut equi laxius haberentur , & pabulum etiam ijs es-  
set: tum denique ob calones , lixas, & id genus , quos proba-  
bile multos fuisse. Ratio quidem circularis hoc interuallum  
postulat: etsi iustum tamen exactè ambitum circularem fui-  
se, haud opinamur: sed pro locis procurrisse, aut se flexisse , quod  
& Cæsar indicauit.



## DIALOG. III.

*Agger totus struclus, & Cæsar is de eo locus.*

**S**ED enim *Vallum* & adiuncta satis explicauimus: & clausum quidem hostem habemus, non dum oppugnatum. Ut id fiat, opera alia struenda sunt: in primis *AGGER*. Is fuit, terreus quidam, & aliâ materie mixta, mons & eleuatio: quem paullatim versus urbem producebant & attollebant: ut ex alto pugnarent, & *Turres* ibi constituerent, sed & *Tormenta*. *Agger* vocabatur, ab ipsâ re: quia aggerebant & cumulabant: posterior ætas *Aggestum* dixit, sed & alio genere *Aggeslus* in Ammiano lectus. Ordinem hunc operis fuisse, Cicero indicat, ad Atticū: *Oppidum cincimus Vallo, & Fossâ, & Aggere. Vsum etiam, idem in Philippicâ v. Græcia vel receptaculum esset pulso Antonio, & vel Agger oppugnande Italiam*. Quare Græcia, *Agger?* quia finitima & mari velut fossâ diuisa; quia alta ad oras; eoque velut *Agger*, imminens ad oppugnandum. Hoc igitur *Agger*, & eo fine: struamus, si lubet. E terrâ, lapide, ligno congeriem struebant: & hæc tria, cum in alijs, tuim in Suidâ iunctim sic legetis: Εγεστα, πολεμικὸν υπχάρηψα ἐν λθων, καὶ ἐν λαῶν, Καὶ χεῖτερούσιν, οἱ δὲ στὰ τὸ αὐτὸν εργαστα: *Egesta, bellica machinatio, ex lapidibus, lignis, & terrâ construetur. Alij autem per A.scribunt Agesta.* Thucydides, de Peloponnesijs, libro II. oppugnatione Platæarum: Επείτα χώματα ἔχειν τὴν πόλιν, ἐφόρει δὲ ὑπὸ τοῦ ἀντοῦ, καὶ λιθες, Καὶ γῆς, καὶ εἰπον δῆλον αἰνύτερον μέλλοι διπλανόμενον: Deinde *Aggerem ad urbem struxerunt, inferebant in eum materiem siue ligna, tum lapides, terram, & quidquid aliud iniectum videbatur facere ad attollendum*. Item Iosephus, in obsidione Hierosolymorum: *Excisis vicinis montibus, & ingenti copia lignorum saxonumque collectâ, cratibus etiam oppansis contra venientia tela, Aggerem struebant: quibus alijs, colles deruentes, terram sine intermissione suggerebant*. Hæc ita tria igitur miscebant: et si Cæsar de terrâ alibi seorsim, *Cespitibus ad aggerem comportandis*. Et de saxis Suidas: Καὶ χώματα δύο ἐγερτέοντες ἔχειν οὓς τῷ τεῖχος. Ξυδεσμοὺς δὲ τὰ χώματα οὐκ οὐδὲν ἐγένοτο, αἱ ἐν τῷ δικτύῳ: *Aggeres duos excitabant utrimque ad murum. Vinculum autem aggeris lateres erant, qui ex edibus sumpti. Sed nescio, an lateres eos velit iniectos stupando ag-*

geri, an ad latera positos, pro muris, ad coërcendum. Sed materiem vidistis, & præcipuè materiem, id est ligna. Virgulta enim & fasces maximè hîc usui: siue ad implendum & attollendum, siue ad ligandum. Itaque & Aggeris voce, hæc sæpè intellecebant. vt Cæsar v i i. Gallic. Agger ab ~~uniuersis~~ in munitionem coniectus est. Fasces & virgulta fuere, quod hodieque sollet ad explendum. Idem: Cratibus atque aggere paludem expleri iubet. Iterum: Proximam fossam cratibus integunt, atque aggere expletent. Hirtius de bello Alexandrino: Arboribus excisis, quæ longitudo utramque ripam contingenti, projectis, repentinisque aggere injecto, flumen transferunt. Cæsar ii. Ciuil. Vimina materiamque comportari iubet, quibus comportatis rebus, aggerem exstruit. Imò videbatur vix strui, sine istis. Idem ibidem, cùm iam incensus agger & opera fuissent: Vnde agger comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis. Incensus, inquam, ibi, vt sæpè: ergo ligneus. & arbores requirit ad reparandum. Itaque Pompeius Filius in Hispaniâ, ad Ursaonem, ut eius opidi oppugnationem tutiorem efficeret (loquitur ita Hirtius: id est, difficiorem oppugnari.) omnem materiem circum opidum succisam, intrò concessit. Atque ita cùm Cæsar aduenisset, Agger, materiesque unde solitæ sunt Turres agi, proprius milia sex non reperiebatur. Similis inopia, ad Hierosolyma, in Iosepho: Romani plurimum in aggerenda materie laborantes, tamen intra xxii. dies aggeres erexerunt, attonsis omnibus aut excisis circa arboribus, ad stadia nonaginta. Ea verò vastitas fuit, ad millaria circiter vndena. Et quidem usui arbores, non ob virgulta solum, & tenuia ramorum, sed ob ipsos trunco: quia illa in molem medium stipabant, hos & ad latera applicabant, firmando & coërcendo. Lucanus clarè, libro III.

— tunc omnia latè

Procumbunt nemora, & spoliantur robore silue.

Vt cùm terra leuis medium virgultaque molem

Suspendant, STRVCTA LATERVM COMPAGE ligatam

Arbet humum, pressus ne cedat Turribus Agger.

Struebant, inquam, latera, & cancellatiū tignis directis transversisque, variè ligabant. quod iterum poëta idem tangit, ibidem:

-stellatis

## —stellatis axibus Agger

Erigitur.

Qui enim <sup>\*Quo sen-  
su & Bal-  
thoi stellati  
in Capito-  
lino.</sup> stellati axes, nisi hi laterales transuersi, & decussati, radiorum aut stellarum aliquâ facie? Et ita Silius quoque, imitatione si fortè Lucani, lib. XIV.

Hec latera intextus stellatis axibus Agger,

Hic grauida armato surgebat Vinea dorso.

Thucydidem huc appono, libro II. de Peloponnesijs ad Platæas: ξύλα μὲν ἐν τεμνοντες εἰπε τὸ Κιθαιρῶν Θέα, παρφορδόμεν ἐκαθέσθιν φορπυνδὸν, αὐτὶς τίχων πεθετες, ὅπως μὴ διαχέστο δημιώνιν τὸ χῶμα: Lignis ex Citharone monte excisis, struebant utrimque implexim, ut canistri ac florea solent, loco murorum ea apponentes, idque ne terra longius funderet τῷ laberetur. Id enim vocat φορπυνδὸν: & Scholia est inibi: φορμὸς, φιαθός, διεισαλλάξεχων τὸ πλέγμα εἰσίν: Phormus, corbis vel storea, quae alterno textu plexa est. Notetur autem in Thucydide, loco muroram id fuisse. nam iamantē & muros notauiimus latericios ē Suidā, in hunc finem. A D A M. Venia sermonis mihi erit: Lips. Imo gratia diutilem fisiuisti. A D A M. Nam scis me ex ijs esse, de quibus Theognides:

Οἴστι δὴ γλώσση την καὶ δραλλωστινέπει. Αἰδως:

Quis tener in lingua atque oculis Pudor incolit una.

Fronte aut linguâ parùm ego audax. Lips. Tanto mihi probior. & pauci boni Quaestores, vt idem poëta ait, Lingue simul & Mentis. Sed siquid vis, age. A D A M. Structio hæc lateralis parùm mihi firma, si Agger utique adsurgat altius: quid enim fulera illa ipsa fulciat? Lips. Vinclum aliquod internum scilicet: & cogitandum ad trabes alias, exteris illas nexas. Sed & <sup>\*legem patrum</sup> erismæ, vt Vitruvius appellat, extrosum admoueri potuerunt, & æclinando, vt in ruinosis videamus, sustentare. Tamen facile assentiar, inferius tigna hæc vsum habuisse, vix in altitudine, & tunc arctataam leuiter molem, & ad oras coercitam virgultis. Imò, quid si Thucydides de sepe, & craticeo modò opere capiendus sit? nec id improbum, per sepimenta quædam opus clausum, & sic φορπυνδὸν struetum. Sed ego pergo: & claudio igitur, præcipuam materiem, ligneam fuisse. Itaque non mirum, etiam in aquis aut mari Aggerem iactum: permirum, si ē terrâ. Quod in aquis autem, Appianus suprà docuit, in Scipionis operibus

operibus ad Carthaginem: *Vbi aggerem duxit in ore portus, stipatis proiectisque grandibus saxis, latum in summo XXIIII. pedes, in imo eius duplum.* Sed & Cæsar ad Brundisium, ut Pompeium includeret (ipse scribit) quæ fauces erant angustissimæ portus, molem atque aggerem ab utraque parte litoris iaciebat. Titus pariter, ad Hierosolyma, in Hegesippo, lib. v. cap. xx. *Vnus Agger è regione munitionis, cui nomen Antonia, per medium ductus erat Piscinam, quam Struthiam vocabant.* Hunc Aggerem Quintus numerus triginta cubitorum in altitudinem fecerat. *Vbi equidem de numero ambigo & controuerto. quia humilis mihi his Agger videtur, maxime Antoniæ turri oppositus, cuius rupes & basis, cui imposita, alta erat cubitos quinquaginta,* ait Iosephus; & ipsa deinde Turris, quadraginta. Cui usq; ergo tantulus Agger in tantam altitudinem? nam æquare aut superare debebat, mox docendum. Sed nec in Iosepho is numerus, à quo haud dubiè Hegesippus sumpsit: Ille ergo non aliud dicit, quām Aggeres istos triginta cubitorum spatio inter se abiunctos: quod suspicari licet oculo parùm firmo aut hærente Hegesippum legisse; & ad altitudinem transtulisse. Sanè aggeres vulgo alti, & id ferè pro muris, in quos struebantur. Seneca communiter, de Constantiâ sapient. cap. vi. *Æquaturum editissimas arcēs aggerem crescere.* Silius:

— subit arduus agger,

Imponitque globos pugnantum desuper vrbi.

Cæsar II. Gallic. *Armorum magnâ multitudine de muro in fossam iata, sic ut propè summam muri Aggerisque altitudinem acerui armorum adequarent.* Mens est, Aggerem pari admodum altitudine cum opposito muro fuisse, & iacta inter utrumque arma, utrumque æquasse. Iosephus III. Excid. Eγεριάς δὲ ἡδη τῇ χώματι οὐκ ταῦτα πάλεον δουσὶ πλαισίονται: Erecto iam aggere, & ipsis murorum pinnis tantum non appropinquante. Ammianus XIX. Pugna per Aggeres excelsos, muris proximis tentatur. Vbi notetur, & admotos planè muris fuisse, utè propinquo pugnarent. Tacitus IIII. Annal. *Struebatur Agger, unde saxa, hastæ, ignes, PROPINQUVM in hostem iacerentur.* Liuius libro v. *Cum agger promotus ad Vrbem, Vicinæque tantum non iniunctæ mœnibus essent.* Zosimus lib. II. obſidione Byzantium: Eγεριάρχη δὲ τῇ πολιορκίᾳ Κωνσταντῖνος, ηγή χώματος ἔχει στρατιῶν τῷ τείχει καταπλάσας, ταύρυς τε στόλος τῇ χώματες ξελίνει.

ὑπελογίζεται τελχεις, δι' αὐτὸν τὸ τεῖχον φυλακτίτας καπητόξενον, ὃς αὖτε εἰπεῖ  
ἀδειας κείεται καὶ ἀλλας μηχανὰς τοῦ τεῖχου περισσάρι, διενοεῖτο τὴν πόλιν ἐλένην:  
Incumbens oppugnationi urbis *Constantinus*, & Aggerem aequali altitudine cum muris excitans, Turres in eo constituit ligneas, altiores ipsis  
muris; ex ijs, qui opidum defendebant telis sagittisque petebantur, vt  
Arietes aliasque machinas tutò admouere liceret, atque ita urbem capere. Vbi & vnum fructumque varium Aggerum, licet obseruare.  
Sed de altitudine, expressam etiam alibi lego. vt in Cæsare ad  
Masliliam, *Agger altus pedes LXXX.* legitur. In eodem, lib. vii.  
ad Auaricum, *Latus pedes trecentos triginta, altus pedes octoginta,*  
qui murum hostium pene contingere. BILL. Profectò mira hæc  
magnitudo, & hodie quoque si struant, quæ non vrbis infeste-  
tur aut capiatur? Lips. Atquin altiore Billéhee reperio, in  
Iosepho & Hegesippo. Nam *Massada* castellum fuit in Iudæâ,  
situ & opere mirificè munitum. Totum in rupibus & inacces-  
sis locis erat, eminebatque super reliquam terram, *cubitum trecentum*. Quid faceret in oppugnatione *Sylua* (Hegesippo Silla) Ro-  
manus dux? Aggerem communem primò iecit, altum *cubitos ducentos*: latitudo non est expressa, sed parem aut maiorem, ra-  
tio est suisse. Sed addit Iosephus: εἰ μὲν οὐτε Κέφαλον, οὐτε ἀνταρκτικόν  
τετράτο μέζον εἴ τοις μηχανίσασι εἰς τηνίβαθεν, αλλ' εἰπέ αὐτοῖς βῆμα λίθων με-  
γάλων σωματοσμένων ἐποιήσῃ, πεντέποντα πηγῶν δύος τε καὶ ἕνας. καὶ ταύρην  
ἐξηκοντατήχες σωτέαν, σιδήρῳ καταπεφεγγώντας αἴποι: At enim cùm nec  
is modus efficax aut sufficiens videretur, machinis admouendis ad ascen-  
sum; aliud in eo *Suggestum* & tanquam tribunal exstructum est, è lapi-  
dibus magnis apte iunctis, latum pariter & altum quinquaginta cubi-  
tos; & in eo *Turris imposta sexaginta cubitorum*, quæ ferro vndique  
effet testa. Eximium hoc opus, sed triplex: & tota altitudo, cubi-  
torum trecentorum decem. Nempe denos illos cubitos, exsuperat  
ipsum Massadæ fastigium: atque ita denique ceperunt.  
CAR. Iuuat audire & discere ingenia, siue & opera veterum:  
sed de admotione tamen aggeris ad ipsos muros, velim am-  
plius, & quomodo ea facta? Lips. Paullatim, & progredien-  
do. Nam latera quidem, vt dixi, vinciebant claudebantque li-  
gnis: sed antrorsus & urbem versus, pars ea manebat aperta.  
Aggeregabant igitur paullatim & promouebant, in fossas ipfas,  
denique ad muros. Dum id fieret, nihilominus Turres in Ag-

gere impositæ, quæ administrantes aut operantes tuebantur. Sed ex quoque cum Aggere paullatim procedebant. Adstruo ex Cæsare, vii. Gallic. *Nostrarum Turrium altitudinem, quantum has cottidianus agger expreſſerat, commiſſis ſuarum turrium \* aliis ad-equaabant.* Dicit, cottidiano aggere Turres exprimi: in altum nempe, & id fiebat augmento illo & prolatione Aggeris, qui opidum versus creſcebat. Scite enim, tergum aut caudam Aggeris humiliorem fuisse; & in cliuum, frontem versus, affiduè iuiffe. Quā in re interdum factum, ut Agger, si parūm firinatus aut densatus, prolaberetur in fossas. Narrat Liuius lib. x. *Fortè quodam loco male densatus Agger, pondere ſuperstantium in foſſam pro-cubuit.* Sed cauebant ſcilicet, & virgultis aut lapidibus idemtide m adfirmabant. Iſti Aggeres: ſatin' ut copioſe explicauit ORAN. Haud culpamus. tamen cùm opus ſic grande, tardè nónne oportuit ſtrui? LIP. Non oportuit, pro Romanâ diligentiâ & more. Nam & plures in paucis diebus inuenio excitatos, opere per legiones diuifo: idque ad diligentiam, & æmulationem. Tacitus 1111. Histor. obſidione Hierosolymorum: *Titus, quando imperium & ſubita belli locus abnueret, Aggeribus Vi-neisque certare ſtatuit. Diuiduntur legionibus munia, & quies præliorum fuit.* Hegeſippus in eadem re: *Exſtruēbantur Aggeres, per numeros opere diuifo. Præcipui quattuor inſurrexerant.* Numeri hīc, ſunt legiones: quod in eo ſcriptore ſaepē. Dicit autem quattuor Aggeres, exstructos: quod ipsum ſcilicet Iofephus, qui & addit, ſpatio ſeptemdecim dierum omnes perfectos. Celeritatem igitur Ora-ne vides: nec plura huic rei opus. FVR. Vnum etiam opus. Nam noui generis aggerem in Cæſare lègi, qui è lateribus: atque eum velim explicari. LIP. Opus tu & Cæſar affiduè ſuggeritis: pænè vellem vterque domi hodie mansiſſetis. Sed age, lege. FVR. Verba ſunt II. Ciuil.


„ Cū iam nihil eſſet reliquum, unde Agger comportari poſſet, omni-  
„ bus arboribus longe lateque in finib⁹ Mafſiliensium exciſis, Aggerem  
„ noui generis atque inauditum, ex latericijs duobus muris, ſenum pedum  
„ cratitudine, & quā ferè latitudine atque ille ē materiali fuerat Agger.  
„ Vbi autem ſpatium inter muros, aut imbecillitas materia poſtulare vi-  
„ debatur, pilæ interponuntur, transuersaria tigna iniſciuntur, que fir-  
„ mamento eſſe poſſint; & quidquid eſt contignum, cratibus conſterni-  
„ tur,

\* Ita legēd.  
infrā doce-  
mus, lib. v.  
Dial. vii.

tur, cratesque luto integuntur. Sub teetō miles, dextrā ac sinistrā muro tectus; aduersus, plutei obiectu; operi quæcumque vñsi sunt, sine periculo supportat. Porta, quibus locis videtur, eruptionis causā in medio relinquuntur.

Legi, tu illustra. LIPS. Planè nouus, vt Cæsar ipse dicit, Agger. Infernè enim vacuuus est, & eâ parte castelli aut receptaculi vicem habet. Supernè contignatio est: sed quod miremur, altitudinem non definiuit; tantum latitudinem. & ait: *equā fuisse, atque ille è terrā Agger.* Atqui nec ea reperitur: & est modò initio libri, altitudinem fuisse pedum LXXX. Sed ibi variant scripti libri, & quidam latitudinem habent. Dicit autem fultum pilis in medio, *vbi spatium inter muros, aut imbecillitas materiæ postulare videbatur.* Cur hoc ambiguè? vbique verò, in tantâ latitudine, opus destinis fulcrisque fuit: nec vlla vna arbor à latere ad latutus potuit pertinere. Variè ergo interposita: idque *inter duos muros.* Nec enim plures fecit, & partem anteriorem reliquit aper-tam, de more. Pluteus dumtaxat, vt subdit, eam texit. Iste Agger pingendo magis se ostendet: qui structus materiæ inopiâ, & alioqui utiliter etiam contra ignes. Nec enim hic periclitetur exuri: sicut nec ille magis nouitius, quem è terrâ merâ legi maiores nostros instituisse. Philippus Rauesteinius, vir nobilis, nostrâs, & militiae clarus, scribit sub id suum æuum reper-tum \* *Aggerem* quiemdam *Volubilem* ( ita appellat: ) qui scilicet, collecto monte terreo eminus, paullatim voluendo & ligonibus superiaciendo, magnâ manu hominum vrbì admo-ueretur. Hanc pestein certam & inexplicabilem ipse habet: & Gallos, si memini, autores inuentoresque facit. Res intellectu facilis: tamen, vt cœpimus, ista pingimus: & adi Turresimus.

\*Trenchez  
roulant.



A. Agger communis, et stellatus:  
alibi latere aut sepimento clausus,  
ad varietatem ostendendam. Suprà  
Suggestus è lapidibus, et in eo Tur-  
ris, ad moſadam. B. Aggeri  
Caſarisi è muris latericijs, intr-  
orsum vacuus, ſuffultus &c.

## DIALOG. IIII.

*De Turribus. Ignorata olim. quando reperte? Altitudo, Tabulatas Ferrea segmenta. De eis Cæsar explicatus.*

**T**VRRES ego, & ipsa res, addimus: quia ex in Aggere, & statim ab eo structæ. Imò & tunc, vt tetigi, cùm is non-dum perfectus; & tutelæ operis ministrorumque causâ, impo-nebantur. Sallustius in Iugurthino: *Vineas agere, superque Aggerem iacere, & impositis super Aggerem Turribus, opus & administrös tutari.* Vineæ primum, vt sub ijs commeare miles & aggerere posset; super eas (id est altius quam ex) ipse Agger, & in eo denique Turres. Ridiculus mihi visus ille, qui hoc (*superque*) delendum censet: quis enim Vineis Aggerem iniiciat? inquit. Nemo hercule, nemo, scimus: sed nec verbi eam mentem hîc esse, pariter scimus. Quod dixi, id dicit, aut *et super etiam amplius, præterea,* liceat interpretari. Siquid mutanduin, *subterque aptissimè legatur:* quia sub Vineis Aggerem comportabant, & iaciebant. Sed ad Turres. ex igitur statim structæ, sed paullò ab vrbe longius, & ne tela vitiarent aut impedirent. Cæsar II. Gallic. *Vbi vineis actis, Aggere exstructo, Turrem constitui procul viderunt, primum irridere ex muro atque increpitare verbis, Quò tantam machinatio, ab tanto spatio exstrueretur? Quibusnam manibus, aut quibus viribus, homines tantule statura (nam plerisque omnibus Gallis, præ magnitudine corporum suorum, nostra breuitas contemptui est) tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent?* Quibus postremis verbis Faërnus & Fulvius emendant, *in muro: nec assentior.* qui scio nō in ipso muro Turrim locari potuisse, sed iuxta eos, & in eos. Seneca autem hunc stuporem & inscitiam Barbarorum vniuersè exagitat, *De vita beatâ, cap. xxvi.* Otiosi diuinitijs luditijs, nec prouidentis earum periculum. sicut Barbæ plerumque inclusi, & ignari machinarum, segnes laborem obſidentium spectant, nec quò illa pertineant, quæ ex longinquο instruuntur, intellegunt. Imò vero Galli illi, apud Cæsarem, cùm moueri eas viderunt & occulte accedere; diuinum aliquid rati, ad eum miserunt legatos de pace, his verbis: *Non se extimare Romanos, sine deorum ope bellū gerere, qui tantæ altitudinis machinationes, tātā celeritate promouere, & ex propinquitate pugnare possent.* Eadem simplicitas (ne quis Gallis nostris insultet) Indorum:

quorum opidum Mazacas cùm Alexander obsideret (aucto<sup>r</sup> Curtius lib. viii.) præcipue rudes talium operum terrebant mobiles Turres, tanta<sup>s</sup>que moles, nullā ope quæ cerneretur adiutas, deorum nūmine agi credebant. Et quid tu ride<sup>s</sup> tecum Billéhee? BILL. Indorum illorum mentio, nouellos istos & ad Occasum repertos, auspicijs Caroli Quinti, mihi subiicit: quos equi nostri equitesque conspecti, & tormenta audita, in eumdem deduxere sensum, ut putarent cælestes viros & copias esse: volare sic & currere noua & ætherea animalia, denique fulgurare illos homines, & tonare. Itaque simile prorsus olim in Machinis illis terribilibus, & non visis. LIPS. Simile. sic aliud fortasse post exorietur, quod pretium istis demet, & ignaros item dabit in stuporem. Sed pergamus in nostris. Ad stupebant igitur ea Barbari. & sic Cæsar iterum de Suectionibus, lib. ii. Celeriter vineis ad opidum attis, Aggere iacto, turribusque constitutis, magnitudine operum, que neque viderant antea Galli; neque audierant, legatos ad Cæsarem, de ditione mittunt. Hæc Barbari, & credimus: an etiam de Massiliensibus, quod Lucanus?

\* Nempe  
Agger.

— aequantes manū Turres  
Accipit. hæ nullo fixerunt robore terram,  
Sed per iter longum causâ rep̄sere latenti.  
Cùm tantum nutaret onus, telluris inane  
Concussisse sinus querentem erumpere ventum  
Credidit, & muros mirata est stare iuuentus.

Non credimus, & lasciuix aut incogitantiæ poëtam notamus, qui Græculos & peritissimos machinarum, id facit mirari. Imò Cæsar omne tale genus, & tormenta, vberim & præter certos, habuisse antiquitus Massilienses ostendit: vt alibi cantare Lucanus debeat, de credulitate eorum & errore, ac quasi terram tremere censerent in Turrium motu. Hæc sunt μαρελός, vt uno verbo dicam. Enimuerò apud Græcos, aut certè Siculos, reperta primū res. Ex Athenœ Mechanico, apud Turnebum; vbi de his atq; alijs: Επίδοσιν δὲ ἔλεγεν ἡ Τιαύτη μη χαροποτία αἴποτα, κατὰ τὴν Διονυσία τὴν Σικελίων τυχερίδα, κατὰ τὴν Φιλίππων τὴν Αἰγαίων βασίλειαν, ὅπερ επολιόρκει τὰς Βυζαντίας. Initium aut incrementum accepit omnis hec machinalis fabrica, circa Dionysij Siculi tyrannidem, & Philippi Amyntæ filij regnum, cùm is Byzantios oppugnaret. Iungatur ad ea etiam,

etiam, quæ suprà de Inuentione sunt dicta. Et cautiùs ita Athenæus : quam ex eo deinde Vitruuius lib.x.cap.xix. Cùm Philip-pus Amyntæ filius Byzantium oppugnaret, Polyidus Thessalus , pluri-bus generibus & facilioribus, Testudinem arietariam explicauit. à quo receperunt doctrinam Diades & Chæreas, qui cum Alexandro milita-uerunt. Itaque Diades scriptis suis ostendit se inuenisse Turres ambula-torias, quas etiam dissolutas in exercitu circumferre solebat. Talia & Heron, cap.xiii. Diades & Chæreas Polyidis Thessali discipuli , qui vna cum Alexandro Macedone in militiam profecti sunt , mechanici primi cùm Terebras, tum Scalas nauticas, tum etiam eas quæ rotis feru-tur Turres ligneas inuenierunt. Hęc cautiùs, dico, & circumspectiùs Athenæus. nec enim dicit Diadem primum repperisse turres ambu-latorias, simpliciter: sed τὰς φορτὶς πύργες, id est, eas quæ circumferri poterant, solutiles: vt equidem interpretor: atque ita Vitruuum opus est capi. Nam simplices Ambulatoriae aut Subrotatae , sanè iamantè inuentæ in Siciliā , & in Dionysij senioris rebus ponit memoratqué Diodorus . Quas autem dicit portatiles Turres siue φορτὶς: puto easdem Appiano esse in v. Ciuil. de rebus Cassij ad Rhodum, ἐπινυμένες, placatiles: quia per partes scilicet tollebantur, ponebantur, reponebantur. Verba eius: Εἰπλέων γάρ ποιεῖται (οἱ Καί-o-σιοι) ἐπεφέρετο τούργες ἐπινυμένες, οἱ τότε ἀνίστροι: Tale aliquid expectans Caſius, tulerat secum (in nauibus) Turres solutiles, quæ tunc repositæ & erēctæ sunt. Nec enim ad illas, quæ Pegmatum modo, deprimebantur attollebantur ve per cochleas, Appianū puto respexiſſe. Sed hæc igitur inuentio, non ipsarum Turrium fixæ enim illæ, iamdiu innotuerant: in opidis, in castris) sed Mobilium, & quæ rotis agerentur. De his Vegetius: Turribus plures rotæ mechanica ar-te subduntur, quarum lapsu mobili magnitudo tam alta moueatur. Plu-res, inquit, & necessum est quattuor, vt miniūm: sed & sex, aut octo etiam subditas, prout Turrium modus esset, in Herone lego. De hisce Rotis in Liuio, lib.XXXII. Cùm Turris per Aggerē parūm densati soli ageretur, Rota una in altiore orbitam depreſſa, ita Turrim inclinauit, vt speciem ruentis hostibus, trepidationemque insanabilemstantibus armatis præberet. Et oportebat sanè humum equabilem densamque huic rei esse: eoquæ & Curtius notauit, obsidione Gazæ: Humus mouendis inutilis Turribus, desidente sabulo, agilitatem Rotarum morabatur, & tabulata Turrium perfringebat. Ita & Iosephus

Vide notas.

phus prodidit, è *tribus turribus* *quinquaginta cubitorum*, vnam *victio Aggeris* concidisse: idque ad Hierosolyma. Actæ igitur Rotis, sed latentibus & internis, aut certè interius mouendis. Hoc ideo, ne telis hostium, qui agerent, exponerentur, & turris tueretur suos motores. A tergo tamen quosdam applicitos, qui propellerent, non ambigo: & licuit, quia non illinc metus. Peccauit in hac re Vitiges Gothorum rex, & Romam obsidens (in Procopij 1. Gothicorum) *Turres etiam molitus est, que hostium muros adquarent, ex lapidum interuallis verâ dimensione sumptâ.* *Turribus autem ad angulos supposuit rotas, quarum volutione buc illuc, subiunctis bobus, traherentur.* Accessere igitur ad muros, atque adeò Belisarius (vir alio Principe, quā in Iustiniano, dignus) de industriâ & consilio passus est succedere: donec signo dato, boues telis certis peti iussit, & occidi. ijsque labentibus, stetere immotæ turres, & hostes abiēre irrisi. An non simile tamen, quod ingeniosi illi Alexandrini fecere, cùm bellum in vrbe esset, cum magno illo bellatore? Cæsarem dico. Ita enim Hirtius: *Præterea Ambulatorias turres decem tabulatorum confixerant, subiectisque eas Rotis, funibus iumentisque obiectis, directis plateis, in quamcumque erat visum partem mouebant.* Funes & iumenta admouet, quæ facile huic illuc agerent; maximè quia directæ & sine multiplici flexu plateæ. An is sensus & lectio? nam alij libri aliter, & pluteis non plateis habent. Tum dixerit, Pluteos obiectos, qui tegerent homines & iumenta: nec male pro hac mente, obiectis. Hic igitur motus aëlioque turrium: quæ magnitudo? Vitruvius ex Diade breuiter: *Turrem minimam ait fieri oportere, ne minus altam cubitorum LX. latitudinem XVII.* *Contracturam autem summam, imæ partis quintam.* Arreætaria in turris imo dodrantalia, in summo semipedalia. Fieri autem ait oportere eam turrim tabulatorum decem, singulis partibus in eâ fenestratis. Maiorem verò turrim altam cubitorum CXX. latam cubitorum XXIII. s. contracturam item summam, quintâ parte. arreætaria pedalia in imo, in summo semipedalia. Hanc magnitudinem turris faciebat tabulatorum XX. cùm haberent singula tabulata circuitonem cubitorum ternum, tegebat autem coriis crudis, vt ab omni plagâ essent tutæ. Hæc ita Vitruvius, & duplices modò Turres agnoscit; *Minores Maioresque: sed Heron ex eodem Diade, Medias etiam addit, cap. XIII.* *Minores quidem turrium LX. cubitorum in altitudine faciebat:* basim

basim quadrabat, & unumquodque latus XVIII. cubitorum. Decem tectorum faciebat: supremum tectum, quintam partem basis habebat. Maiore autem & harum sesquialteras, quindecim tectorum faciebat, in altitudine cubitos XC. Iterumque duplas, quæ viginti tectis consarent, alias cubitos CXX. latae quaqua uerum ferè XXIIII. Ex his Virtuuo satis lucis accedit: & quod ille obscurius, contractu-  
ram summam, imæ partis quintam dixit: clarum est, tabulatum fa-  
stigiumque summiū intellegi, quod decrescit in imæ quintam. Ea subtilius & distinctius, tum in Heronis isto & sequenti capi-  
te, dum in Barocijs Notis explicantur. Non faciunt ad nostrum & Historicum institutum: noteimus tantum, Turres in tot tabulata non æquabiliter surrexisse, sed instar Phari Egyptiaci, paullatim & per ea singula decreuisse. Qui modus sane aptior in speciem, in stabilitatem, in motionem. Sed quod etiam spatium inter ipsa tabulata fuerit, curiosus aliquis quererat? Id quo-  
que inæquale ac Diades ac Chereas (aut Heron) infimum tectum cubitos septem attollant, & digitos XII. superiora quinque, singula cu-  
bitos quinque: reliqua, cubitos quartuor & trientem. Hec ita com-  
monsuratio & præcepta ex arte: an settata semper in re & ope-  
re? Nemo opinetur, nec ad hæc præcepta astringebant se milites aut Duce. Itaque nec tabulata, vt illi volunt, minimæ turris, de-  
cem: imo sex & infra sapè. vt in Diodoro libro XLI. ubi Dio-  
nysius Siciliæ tyrannus, ἀποβάντες οἱ τιμωροὶ τοῦ πόλεων, τοῖς τοιούτοις, εἰς ταράνδους τεῖς τοῦ αἰγαίου τοῦ Ιονίου: admouit τὰ  
maris turres eas quæ rotis aguntur, sex tabulatorum, quas construxit  
ad altitudinem eadum. Et in Latinis exempla. Sed nec tamen viginti tabulatorum, vt illi, in historijs inuenio: nisi tamen quod  
Mithridates ad Cyzicum, inter alia multa magna que opera, tur-  
rim centum cubitorum struxit, narrante Plutarcho in Lucullo: que  
altitudine pene æquat illas Diadis duplices, nec tamen plenè.  
At decem, sapienter: vt in Cesare: Exstruitur Agger in altitudinem  
IX. pedum, collocatur in eo Turris decem tabulatorum. Moneo obiter,  
pedes illos nouenos corruptos videti: & nœ ille pusillus Agger,  
cum Vxellodunum, eum adstruitur, in excello positum & præ-  
rupto. Fuit, ut minimum pedum LX. ac sic ausim rescribere. In  
Silio autem, tanta item Turris, libro XIII.

Turris multiplex surgens ad sidera tecto

\*Et magis,  
si additur  
Athenæi  
fragmentū  
in Turne-  
bo, XXXII.  
cap. XXX.  
Vide.

*Exibat, tabulata decem cui crescere Grains*

*Fecerat, & multas nemorum consumperat umbras.*

In Vegetio, nihil definiti, sed vniuersè ita scribit: *Turribus pro modo altitudinis additur latitudo. nam interdum trigenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, & vel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarum tanta sit, ut non solum muros, sed etiam turrem lapideas altitudine superent. Notatis latitudinem maiorem, quam in illâ Diadis aut Apollodori est; videlicet quia hæc non ad normam artis adstricta, sed pro temporibus, & voluntate struentium mutata. Tabulata tamen plerumque plura: quo fine? ut defensores plures imponerent, tum & Tormenta, Scalæ, Pontes, & talia ad inuidendum. De tormentis, in Ammiano est: Erigi Aggeres cœpti, turresque fabricantur frontibus ferratis excelsæ, quarum fastigijs ballistæ locatae sunt singulis, ut à propugnaculis depelletur defensores. Singula fastigia, singula tabulata capienda videntur: quos & Vertices idem appellat alibi: Operum variae species cum turribus admouebantur ferratis, quarum in verticibus celsis aptatae balliste, propugnatores agitantes humilius disiectabant. An non nisi suprema Turrium aliquis acceperit? et si Luius clare aliter, xxii. Ipsi Annibal, quæ turris mobilis, omnia munimenta turbis altitudine superans, agebatur, bortator aderat. quæ cum admota, catapultis ballistisque per omnia tabulata dispositis, muros defensoribus nudasse: tum Annibal quingentos fermè Afros, cum dolabris, ad subruendum ab imo murum misit. Ergo tormenta in turibus, sed non maxima: & disertim Iosephus aliquoties sagittarios & iaculatores in ijs collocat, & ipsi & exempli opere rati responsive, & leuisima (notata) tormentorum. Sed & Scalæ in ijs condidi, opportunè proferendas. Ita enim Vegetius: *Præsens periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. Videndum anno Sidonij versus hoc faciant, in Burgo Leontij:**

*Sed nec testudo, nec vinea, nec rota currunt.*

*Iam positis scalis, & quæquam quassare valebunt.*

Currentem enim rotam, liceat turri mobilem accipere, & prolatas ex eâ Scalæ. Etsi Scalarum etiam genus est rotis surrepentium, pontemque suprà ferentium: quas Heron descripsit in cap. xix. Tertium in eâ, Pontes. de quibus Vegetius: *In superioribus turris partibus contati, & sagittarij collocantur, qui defensores turbis contis*

contis, misilibus; saxisque prosternant: in inferioribus habet Arietem, cuius impetu destruit muros: circa medium verò ponte accipit, factū de duabus trabibus, septumq; de vimine, quem subito prolatum inter turrim murumque constituant, & per eum egredientes bellatores in ciuitatem transeunt. Fateor mixtam cum Testudine Arietariā hanc talē Turrim esse: sed tamen Pontem in eā collocat, ex veteri vsu & more. Ammianus XXI: Constructas veloci studio ligneas turres, propugnaculis hostium celsiores, imposuere trigeminis nauibus validè inter se connexis, quibus insistentes armati, uno parique ardore propugnatores dispellere, collatis ex propinquo viribus, nitebantur. subterque expediti velites, è turrium caveris egressi, ponticulis electis, quos ante compaginarat, transgreedi festinant. Hoc ille in oppugnatione Aquileiae narrat, & Ponticulos istos turribus manifestè imponit. In fixis quoque castrorum turribus, locat eos Hirtius: & quidem Vegetij ritu munitos de viamine. Octauo Gallic. Turres trebias excitatas in altitudinem tria tabulatorum, pontibus traiectis constratisq; coniunctas, quorum frontes vimineā loriculā munirentur. Factum & inferiori æuo scitote. & in Radeuico De gestis Friderici Imp. scriptum, libro II. cap. L I X. Electis ergo de singulis agminibus viris fortissimis, intra machinas turrium eos collocat, varijs quidem locis, alios superiores, alios inferiores: ut dum inferiores ciuitatem per murum ingressuri Pontes applicarent, superiores eos iaculis & sagittis, quò minus ab hostibus laderentur, defendarent. Erant Turres ipse nimia proceritate mirabiles, supra centum pedes in altum erectæ, multorum hominum per singula diuersoria capaces. Ipsa eadem Guntherus poëta, spiritus & ingenij haud spernendus, iimò, vt in illa æuo, mirandus:

Protinus ad muros, munitas undique turres  
Innectasque rotis, & magno pondere firmas,  
Dicit, & hostili celsas super aggere sistit.  
Harum summa tenent, quos vel ballista vel arcus  
Morte procul misera facit hostibus esse timendos,  
Qui iaculum valido longè torquere lacerto,  
Longius excubia didicere potenter\* habenā.  
Inferiora viri fortes ex agmine toto  
Electi, promptique manu, tabulata tuentur.  
Qui dum trans fossas, porrecto ponte, patentes

\* ameno.

Mænibus asilunt, & muros rumpere tentant,  
 Qui loca summa tenent, iaculis levibusque sagittis  
 Infestant miseros per propugnacula cives.

Satis, ac censem me Turres vbertim descripsisse. CARON, Fate-  
 mur, ynum tamen desidero, de frontibus turrium ferratis, quas  
 in Ammiani verbis paulloante notaui. Quid ex, aut quare?  
 LIPS. Muniuerunturribus contra ignes. Cum enim præcipuum  
 in eas remedium & repugnatio esset, per iacula ignita, faces,  
 malleolos, murices: repertum, ut totæ ferro tegerentur. Totæ  
 inquam, aut certè à triplici latere: et si frontium modò Ammia-  
 nus meminit expresse. Iosephus III. Excidij: Πύργους δὲ βεῖς πετή-  
 νοντα ποδῶν ἵκανον τὸν ὑψός κατασκευάσας, πάντοτε σιδήρῳ περιαλυμένους,  
 ὃς εἰδανοί τε εἶναι ὑπὸ Βριθούς, ηδὲ δυσελωτοὶ πυρὶ, οὐδὲ χαυκίτους ἐπέσνοι: Tu-  
 res tres, singulas pedum quinquaginta altas, cum struxisset, ferro vni-  
 dique eas texit; tum ut stabiliores essent, ob pondus; tum ut igni incor-  
 ruptibiles: atque ita in aggeribus constituit. Addit ipse & altera cau-  
 sam, de pondere: quod miror, & satis id dedisse cum homines  
 impositi videntur, tum tormenta. Sed iterat tamen idem, lib. VI.  
 Kai τὰς πύργους ἐν αὐτοῖς ἔλειν, ὅπεραντας παρίστησε τὸ Εἴδος, μήτ  
 ἐντροπῆσαι σχῆμα τὸν οἰκητὸν διατίνειν, φαττειαλύπτοντο: Turres expugna-  
 re aut capere difficile erat, sed nec euertere ob pondus, nec comburere ob  
 ferrum quo tegebantur. Sed & utrumque hoc in Radeuico, libro  
 II. cap. LVIII. Turres in excelsum erætas, ferro variaque materiâ vni-  
 dique tectas, ut & pondere stabiles essent, neque ignibus expugnaren-  
 tur, super aggeres collocat. Qui & aliam variam materiam, ut ap-  
 pellaat, circumdat: scilicet centones, coria, & hæc de more. Am-  
 mianus XX. Machinas Romanorū Persæ exurere vi magnâ niteban-  
 tur, & assidue malleolos & incendiaria tela torquentes, laborabant in-  
 cassum: eâ re, quod humectis scortis & centonibus erant operta mate-  
 ria plures, alæ vñctæ alumine diligenter, ut ignis per eas laberetur.  
 EVR. Etiâmne Romanis in hac re usus aluminis? Atqui, ut no-  
 num, narratum à Claudio Quadrigatio memint, in turri aliquâ  
 Archelai Athenis: Tum Sulla conatus est, & \* tempore magno eduxit  
 copias, ut Archelai turrim vnam, quam ille interposuit ligneam, incen-  
 deret. Venit, accessit, ligna subdidit, submontuit Græcos, ignem admouit.  
 satis diu sunt conati, numquam quiuerunt incendere. Ita Archelanus om-  
 nem materiam obleuerat alumine: quod Sulla atque milites mirabatur.


LIPS.

LIPS. Ostili puritatein, & in compendio lucem! atque utinam scriptor ille extet, vel in scribentium hodie exemplum! Sed de alumine tunc quidem nouum, postea, ut haec talia, inueterauit. Atqui contra ignes noui generis Turrim Cæsar, aut eius miles, ad Massiliam struxit. Cedo librum Furi, legantur.  
FVR. A me fiet, audi: II. Ciuit.

Est animaduersum ab legionarijs, qui dexteram partem operis admis-  
trabant, ex crebris hostium eruptionibus, magno sibi esse presidio pos-  
se, si pro castello ac receptaculo, turrim ex latere sub muro fecissent: quam  
primò ad repentina incursus humilem, paruamque fecerant. huc se refe-  
rebat: hinc, si qua maior oppresserat vis, propugnabant: hinc ad repel-  
lendum & prosequendum hostem procurrebant. patebat haec quoquo-  
uersus pedes XXX. sed parietem crassitudo pedum V. postea vero, ut est  
rerum omnium magister vsus, hominum adhibitam sollertia, inuenitum est,  
magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata. id hac ra-  
tione perfectum est. ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem;  
eamque in parietes instruxerunt, ita ut capita tignorum extremam parie-  
tum structuram tegerentur; ne quid emineret, ubi ignis hostium adhaere-  
sceret. hanc insuper contignationem, quantum tectum plutei & vinea-  
rum passum est, laterculo adstruxerunt: supraque eum locum duo tigna  
transuersa iniecerunt, non longe ab extremis parietibus, quibus suspen-  
derent eam contignationem, quae turri tegumento esset futura: supraque  
ea tigna directò transuersas trabes iniecerunt, easque asseribus religaue-  
runt: has trabes paullò longiores atque eminentiores, quam extremi pa-  
rietes erant, effecerunt; ut esset, ubi tegumenta perpendere possent, ad  
defendendos iectus ac repellendos, dum inter eam contignationem parie-  
tes exstruerentur: eamque contabulationem summam lateribus, lutoque  
constrauerunt, ne quid ignis hostium nocere posset: centonesque insuper  
iniecerunt; ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut  
saxa ex catapultis latericum discuterent. storias autem ex funibis an-  
chorarijs tres in longitudinem parietum turris, latus IV. pedes fecerunt:  
easque ex III. partibus, quae ad hostes vergebant, eminentibus trabibus  
circum turrem praependentes religauerunt, quod unum genus tegumenti  
alii locis erant experti, nullo telo neque tormento transfici posse. ubi ve-  
ro ea pars turris, quae erat perfecta, tecta atque munita est ab omni iectu  
hostium; pluteos ad alia opera abduxerunt: turris tectum per seipsum  
prehensionibus ex contignatione primam suspendere ac tollere coepерunt;

„ ubi, quantum storiarum dimisio patiebatur, tantum eleuabant. Intra  
 „ hec tegumenta abditi atque muniti, parietes lateribus exstrebant: rur-  
 „ susque alia prehensione ad edificandum sibi locum expediebat: vbi tem-  
 „ pus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primò tecta, ex-  
 „ tremis lateribus instruebant, ex quæ ea contignatione rursus summam  
 „ contabulationem, storiasque eleuabant. ita tuto, ac sine ullo vulnere vi-  
 „ tabulata exstruxerunt: fenestræque, quibus in locis visum est, ad tor-  
 „ menta mittenda in struendo reliquerunt.

Pluscula verba sunt, & in speciem intricata: sed vix quod more-  
 tur intendenter. De Storeis tamen moneo, vbi scribitur, tres fa-  
 etas in longitudinem parietum, latus pedes quattuor, perperam adhuc  
 acceptum: sed & vidi qui rescribere vellet, & in numero mutare.  
 Atqui res sic habet. Storeæ istæ è funibus anchorarijs implexæ,  
 fortes, solidæ, densæ, tres fuisse, tot quot latera scilicet intuta ab  
 hoste. Nam tergo, nihil ijs opus. Ex longe fuerunt, vti ipsi parie-  
 tes, singulæ pedes xxx. latæ autem, non nisi quaternos. Optinâ  
 ratione. cum enim non nisi operarijs ipsis opponerentur, & Tur-  
 ris latericia inferiùs suo robore se tegeret; profectò sufficiebant  
 quattuor illi pedes, ad homines tegendos, in opere necessariò se  
 leuiter curuantes. Addo & de Prehensionibus, quas Cœbleas aut  
 Præla vulgò explicant, & eorum operâ subleuatum volūt hoc te-  
 cтum: nec abnuo commodè potuisse fieri, & hodie usurpat. Sed  
 an Prehensionum vox apta? liber Torrentij prenſionum prefert: nec  
 scio an faciam, Pressionum. Pressiones haud ineptè ad Præla &  
 elationem referantur: & adsimiliter Cæſar idem scripsit, Turres  
 à cottidiano aggere expressas. Sunt tamen & propriè Pressiones Vi-  
 truiuo, ὑπομοχλα: siue id quod Vectibus subiicitur, ad eleuan-  
 dum. Videatur, an non & h̄c similis pressio, & tuim fulcra & de-  
 stinæ quæ sustentarent, tabulato inferiori nixæ. Ista de Turri-  
 bus. nisi etiam ex Nicetâ addo, Turres quasdam complendis  
 fossis, & ad scansionem fuisse. Narrat de Iohanne quodam, eum  
 Varuam opidum obse disse, & Machinam quadrilateram struxisse, que  
 latitudine & quaret fossæ spatium, & altitudine ipsa mœnia. Eum deinde  
 subiectis rotis ad fossæ labrum admouisse, & deinde subuertisse atque in  
 ipsam fossam impulisse. Hanc autem utrumque labrum sub finem teti-  
 gisse; atque ita eadem illâ usos milites, & ad fossam complendam, & ad  
 mœnia scandenda, vice scalarum.



A. Turris mobilis, cum gradibus suis ad tabulata singula, et ostensione velamentorum et tabularum ad latera, ex Herone.    B. Turris vegety, cum ponte et Arete.    C. Turris latericia Caesaris, cum funibus anchorarijs praeependentibus, dum fit opus. Tectum superne, mobile:

## DIALOG. V.

*Pontium pleraque ratio. Primum Naualis, tum in Utribus, in Cuppis:  
& Cesaris in Rheno illustratus.*

**G**RANDIORES iam Machinas dixi, Tormenta me vocant & exspectant. C A R. Ego reuoco, si pateris: & de Pontibus velim addi. Mentio eorum in Turribus, & Aggeribus: sed & in re militari, quam sàpè intercurrunt? L I P S. Nego has esse *Machinas*. C A R. Aio, & ingenium certè sàpè habent; & Tacitus hoc nomine ipso appellat, IIII. Histor. *Machinas* etiam, *insolitum sibi, ausi* (de Germanis) *nec vlla ipsis solertia, perfugæ captiuique docebant struere materias in modù pontis, mox subiectis rotis propellere.* L I P S. Rideo tuum acumen. *Machinas* istas in modum Pontium fuisse dicit, siue in usum, ut per eas transirent in muros: non tamen simpliciter Pontes. Atque istæ non aliud, quam velut Turres uno tabulato fuerunt. Sed tamen, quod dicas, tota res Pontium digna inspici, & pro copiâ à me siet. Vulgaras notasque nunc eorum formas, quid opus adferri? scimus omnes: eligam rariores aliquot aut imagis sepositas. inter eas hanc, quam Romani sàpissimè usi in fluminibus transmittendis, ponte è nauibus facto Bella inuentio: & Eunapius scitissimè sic depingit, in Suidâ: Ζεύγνται δὲ πρωμαῖοι δπονέπατα τῷ ποταμῷ τὰ ῥύματα, ἀπὸ Κατεύθυντος δέ τοις σερπάταις ὃν, οὐδὲ ὁστερὸν ἀλλοποτῷ πολεμῶν ἀπέρδυον, δῆπε τὸ Ισραὴλ, καὶ Ρήτωρ, καὶ Εὐφράτη. Εἰσιδέδοξόν πος, δὲ δὴ πάντας εἰδέναι θύμα, τοιοῦ δέ, πλατεῖαι μέν εἰσιν αἱ νῆες δι' οὗ δὲ ποταμὸς ζεύγνται, ἀντρούς γεται δὲ ὀλίγους αἱνεταί τε ῥύματα, υπὲρ τὸ μέλλοντα ζεύγνυμε τόπον. Εἴ ταν δὲ τὸ σημεῖον δοθῆ, ἀφίστη μίαν πρωτην ταῦν φέρεσθε καὶ ἐπὶ τοῦ πλησίου τῆς δικείας δόχεις. ἐταξὶν δὲ καὶ τὸν ζεύγνυμδυον ἔκει τόπον, ἐμβάλλασθν εἰς ῥῦμα φορμὸν λίθων ἐμπεπλυμένων, καλωδίῳ δισταντες ὠστερὸν ἀγκυραν. ἀφ' ἐδεῖσσαν ταῦς τοὺς τὴν ὄχθη ἵσαται σανίσι ηζεύγμασι, ἀπερ ἀφθονα ἀντέξειν ταῦς φέρει. Καὶ τοῦτο γένια μέχει τὸν ποβάσιον κατατρώνυνται. Εἶτα ἀλλιν ἀφίστην ὀλίγους απ' ἐκείνης, Καὶ ἀλλιν απ' ἐκείνης ἔτι δῆπε τὴν αντηπέρεων ὄχθην ἐλάσσων τὸ ζεῦγμα. οὐδὲ τοὺς τῇ πολεμίᾳ ταῦς ητούργους ἐπ' ἀντηῇ Καὶ πωλίδα ηζέξοται Καὶ κατατέλτας φέρει: Romanis flumina pontibus facillimè iunguntur, & sine labore, ut in quo milites assidue exercentur, & tanquam aliud militarum operum discunt, in Istro, Rheno, Euphrate. Est autem modus, quem non omnes scire opinor, iste. Latæ iacentesq; sunt naues, quibus flumius iungitur. Sursum autem

autem paullum in statione sunt, supra locū eum vbi pontem facturi sunt. Atque vbi signum datū est, vnam solam ē nauibus demittunt prono flumine ferri, iuxta suam & amicam ripam. Ea vbi ad locum iungēdum & Ponti destinatum venerit; corbem plenum lapidibus in flumen iaciunt, alligatū fune quodam, vlot anchoram. quo nauis deuincta, iuxta ripam cōsistit, & sternitur tabulis tignisique, que ad satim ipsa nauis vehit. Et statim ita ad finem descensumque in terram usque, constrata est. Deinde verò aliam demittunt, paullò ab ea remotā; aliamq; ab istā; donec in aduersam ripam perduxerint pontem. Quæ autem hostili ripæ nauis obiaget, eā & turrest habet, & portulā, & sagittarios, & catapultas. Hæc ita Eunapius: & prorsus eadem Arrianus in rebus Alexandri, cùm ex occasione differit de pontium hac iuncturā. Ambigit quomodo Alexander Indum fluuium trāsmiserit, & quo genere pontis: nec proditum id ait: tamen arbitrari se, usum eo quo Romanī Danubium aut Rhenum Celticum iuxterūt, ac Tigrim & Euphratem, quoties usus fuit. atq; addit, me vertente, libro quinto: Celerima & expeditissima Romanis est pontium constructio in nauibus: quam ego premium scriptio censeo referre. Naves ijs demittuntur, lapsu fluminis, dato signo: idq; nō rectæ, sed vt solet in ijs que inhibet, & à puppi remigat. Isteas autem deorsum ducit, vt pars est, fluminis cursus: retinet verò & sifit remigium, obnixum, donec aduersa facta sit loco designato. Atque ibi demittunt crates vimineas, formā pyramidis plexas, idoneis lectisq; ad id lapidibus oppletas: demittunt autem à prorâ cuiusq; nauis, vt sic obfirment & teneant cōtra cursum. Simil autem una nauium ita firmata fuerit; & alia iuxta illam, cum interuallo quantum opus videatur ad firmitatem eoru que in sternuntur, pariter prorâ obuersâ in fluij cursum statuitur. & in utrisq; tigna statim in directum iniiciuntur, & tabula asseresq; transuersarij ad connectendum. Ita mox per ceteras naues opus procedit, quanto opus sunt ad totum pontem. V trimque autem ad caput pontis gradus in terram depacti adiiciuntur, quod facilior equis iumentisq; sit ingressus, & simul vt quasi vinculū sint totius pontis. Breui porrò spatio totum opus absolvitur, & cum magno ardore ac tumultu, nec tamen decorū & ordo abest. Adhortationis etiā per quamque nauim, & increpationes eorum qui segnius munus obeunt, nihil impediunt aut tollunt, vel edictorum auditionem, vel operadi celeritatem. Atq; hæc sunt, que Romanis iam ab antiquo usitata. Pulchra & vulgarissima olim ratio, & quam miror ab ijs qui harum rerum

fuerunt, nondum hodie vulgataim. Verba altera cum alteris si confertis, quid opus luce meā? quin clara sunt, & tota res partitē descripta. C A R. Haud negauerim. sed in rebus ipsis, aliquid est quod sīstat. E nauibus pontes istos faciunt: vnde igitur eae sic subitō, & ad manū? præsertim in hostili aliquo fluvio, vbi probabile est amotas. L I P S. Respondeo, dupliciter tunc paratas: siue ab ipsis, in ipso ibi loco; siue curribus prouidē iam aduectas. Quid ibi & subitario opere; mirari non conuenit, imò pro Romanis moribus id fuit. Nónne fabri in legionibus, & Præfectus fabrūm? nónne vulgò ipsi milites in tirocinio hæc discebant? nihil ambigimus. Et Eunapius hoc significat, cùm ait *milites assidue in tali strueturā exercitos, & vt militare aliquod opus didicisse.* Struebant igitur ipsi rudes illas naues, siue alueos: quid quòd & alias, quarum in mari usus, operosiores? Certè Julianæ naues, quibus Britanniam petiit, narrantur ab ipso (Commentario v.) circiter sexcentæ, singulari militum studio instruetæ. Iterūm, idem Labieno scribit, *vt quamplurimas posset, ijs legionibus, quæ sunt apud ipsum, naues instituat.* Itaque tot manibus, incredibili celeritate hæc parabantur. Apud Cesarem, i. Commentario, *reliquas copias Heluetiorum vt consequi posset, pontem in Arari faciendum curat: additque, mirantibus Heluetijs, uno die eum factum.* Simile in viii. Commentario, cùm Gallos palus media seiungeret à suis castris: ipse pontibus palude constrata, legiones traducit celeriter, & inopinatō se ijs sistens. Atque ea Romanorum diligentia fuit, sed veterum: posteriores fatiscere cœperunt & labare. Itaque curribus iam legas, *vt dixi, hæctalia circumuecta.* quòd in nostrâ re apud Ammianum, lib. xxiiii. Julianus Imperator naues iussit exuri, prater minores duodecim; quas profuturas pangendis pontibus, dispositis vehi carpentis. In Vegetio autem, hoc de more iam scribitur, lib. iii. cap. vii. *Commodius repertum est, vt monoxylös, hoc est paullò latiores scaphulas, ex singulistrabibus excavatas, carpentis secum portet exercitus, tabulatis pariter, & clavis ferreis præparatis.* Ita absque mordā constructus pons, & funibus vincens, lapidei arcus soliditatem præstat in tempore. Benè & sollicitè omnia præparantur, naues, tabulae, clavi, funes: pro nouâ scilicet ignauia, quæ iam valebat. Nunc Carrond elete, satisfeci? C A R. Satis, hac parte: aliud. Cur corribus naues has firmant & ligant, non anchoris, *vt solet?* nam mihi de corribus

coribus hoc nouum est. L I P S. Ab eâdem , opinor, caussâ , & iam dictâ . Omnia elegerunt, ipsis paranda : & tale in coribus, quos facilè è viminibus struere, & ad usum hunc aptare. Non ita in anchoris : circumferendæ fuissent , & vehendæ. Quid , quod solo aliquo istæ non mordent, aut adhærent; corbes in omni, boni utilesque sunt? Potuit & hec caussa esse. ac sanè firmiter hæ tenebant ac ligabant, pyramidali eâ formâ sic demissæ. Ideò enim tali, vt aquæ impetus inimicu s pelleret , & ab acumine illo sensim & facilè laberetur. Cui rei puto & moneo, minuentem tenuemque partem illam , contra aquam sursum iniectam ; crassam & grandiorem, deorsum, fune inibi alligato. C A R. Sed & tertium rogo. Si tam vulgatus, & ab antiquo, vt aiunt, ille pons ; cur rara aut nulla eius mentio? L I P S. Rara fortassis, non tamen nulla.

Vide No-  
tâs.

Pompeium lego, (in Flori lib. III. c. v.) statim ponte nauibus facto, primum omnium Romanorū transisse Euphratē. Habes clarè naualem hunc pontem: sed & sèpè teste & celatim. vt cùm pontium in flumine mentio est, nisi aliter formantur, putamus accipiendo hos istos. An tamen origo non tam alta , nec longè ultra Pompeium? vix enim occasio fuit Euphratē, Rhenum, Danubium, & maiora illa fluminum transmittendi. Ita si est ; tum in Atriano antiquitas illa, aptè restringatur ad hoc æui. Exemplum tamen, quod memini , & velut imaginem aut initium huiusc pontis, in Hirtij de bello Hispaniensi habes. vbi Cæsar, cùm ad flumen Baetim venisset, neque propter altitudinem fluminis transire posset, lapidibus corbes plenos demisit. ita insuper ponte facto, copias tripartito traduxit. Egregium inuentum: & corbes illi cùm lapides in strue coérceant, ne disfluant; ipsis lapides pondere hæreant & sistant: in facili est, statim pontem struere, tignis tabulisque superiectis. Sed hoc locum non habeat in altiore flumine, puta Rheno, Danubio: ideoque corbes isti ingeniosè aliò aptati & versi, ad naues scilicet firmandas astringendasque. Naualem autem pontem in Traiani columnâ oculis usurpare est, super Danubium: super ipsum Rhenum, struxit Alexáder Seuerus Imp. Herodiano breuiter (vt in re notâ) narrante : Τόν τε ποταμὸν ναυσὶ ἀξλαμβάνων, οἵ τεροι ἀληλογει σωματεῖσθαι, γεφυρῶνται, οὐ μερῆ διάβασιν τοῖς σερπιώταις παρέχεν περο: Fluum ipsum nauibus amplectens, & inter se eas vinciens, ponte ita facto, putabat facilem trāstum militibus prabiturum. Hec seria &

in pontibus transitio: aliâs, & nauibus singulis transibant, ijsque sêpè leuioribus, & verè nauicellis. Cæsar Sicorim flumen in Hispaniâ sic transmisit (ipse narrat i. Ciuit.) nauesq; huius generis à militibus fieri iussit: *Carinae primùm ac statumina ex leuiore materia siebant, reliquum corpus nauium viminibus contextum, corijs integrabatur: has perfectas, carris iunctis deuehit noctu, militesq; his nauibus flumen transportat.* Sed nec tuta, nec ex dignitate satis ea transuetio est: ideo & nocte patrata. De eâ sic Lucanus:

*Primùm cana salix madefacto vimine paruam*

*Texitur in puppim, cæsos induita iuuencos,*

*Vestoris patiens, tumidum superemicat amnem.*

Imitatus id Saluidienus, bello Siculo, in Pompeium (notat Dio Cassius:) sed patùm feliciter, turbido illo freto. At Hispani, ritu gentico, leuiori etiam operâ; & inflatis vtribus incumbentes, solent tranare. Passim exempla. quod & Romani interim fecere. certè Cæsar, de quo Suetonius: *Si flumina morarentur, nando traiiciens, vel innixus inflatis vtribus, perspè nuncios de se præuenit.* Cui rei exemplum vel ab Hispanis, vel à Græcis: nam & hi vsi. Aririanus de Alexandro, Istrum trijciente, libro I. Τὰς δὲ διφθερας, ὃς αἱ ἐσκίνεν, τὴν καρφην πληρώσας, Εἴδο μονόχυλος πλοῖα συναγαγὼν, διβίβεται ἐπ' αὐτων τῆς εργασίας ὅσους διωνάτον ἦν τὸ τοιοῦτο έπονος: Pelles accipiens (Alexander) sub quibus tetenderant, easq; stramento farciens, sed & linters quotquot ibi erant colligens, in ijs quantas copias potuit traiecerit, in tali apparatu. Idem iterum lib. IIII. de Oxo amne ab eodem traepto: Συναγαγὼν τὰς διφθερας, ὃς αἱ ἐσκίνεν ὡς εργασία, φορυτείμπλοις εκτιλέσσει, ως ἔνεγράτες, Εἴσασδιοι τε οὐ συρρέονται καὶ επιβαῖνε, τε μὴ εἰ δύνεται εἰς ἀνταρεῖς τὸ οὔδετος: Colligens pelles, sub quibus milites egerant, stramentis aut & stramentis quam maxime aridis eas impleri iussit, & cum cura ligari & consuvi, ne aquam possent admittere. In eadem re Curtius: *Vtres quam plurimos, stramentis refertos, diuidit. his incubantes transauere amnem.* Vtrumuis huic rei, & stramenta, & arida stramenta: quod item in Nicetâ de Scytharum moribus: Σχεδιζει δὲ τοις Σκυθαις τὰ ποταμὰ τὴν διγέλωσιν καρφην πληρης διφθερα, λίστης τὸ ἄκρα εἰλίξ οὐκανασος, ως μηδὲ βερχοντας διατερέων έσωθεν: Facilem transitum fluminis Scythis præbet, pellis stramentis repleta: eaq; ita curiosè compacta, vinec guttula aquæ penetret. Tum addit, Solitos inscedere hunc vtrems, & equo ante se acto, eiusq; cunda pro velo vso, Istrum aliaq; flumina trasmittere.

Quin

Quin & pontem ex iunctis his vtribus fieri posse, docuit apud Xenophontem Rhodius quispiam, cum victrix illa manus Græcorum, insequentibus Persis, ad Pigetem amnem constitisset. Locus est in III. Anabaseos: *Vtribus, aiebat, ad bis mille opus habeo, quas facile adipisci è capris, ovibus, bovis, asinis qui castra hæc sequuntur. Fumibus etiam, advinciendum; sed & hos iumenta vestra gmaria satis dederint. Vtribus autem iunctis, lapides ijs appèdam, quos velut anchoras demittam. Denique toti operi farmenta cratesque injiciam, & terram supersternam. Vtris autē quisque duos viros facile feret, ne mergi vos arbitremini; contra lapsum autem, terra & farmenta rvalebunt.* Hæc ille vir ingeniosè, ipso Xenophonte laudante, et si Græci tunc non vñi, metu hostium in aduersâ ripâ. Sed vñi postea simili iuncturâ Romani, & Ascœfrum dixerunt voce Græcâ, quasi pontem vtrinū: quem libellus post Notitiam imperij aperit, & deformat: cuius verba, quia pluscula, abstineo nunc dare. Sed traiecerunt tali ponte iamantè Romani, sub Iouiano Principe, Tigrii fluvium, si Zosimo credam lib. IIII. conati sunt magis, quam perfecerunt, si Ammiano. Sic enim iste libro xxv. *Vtribus è cæforum animalium corijs coagmentare pontem architecti promittebant: sed addit, panis conatibus id agitatum. et si quidam seorsim vtribus insidentes, postea transiuerere.* Commentum simile in eodem scriptore, sed paullò diuersum, libro xxx. de Armeniorum rege fugitiuo: qui *lectulos in villis repertos, binis vtribus suffulciens, quibus singuli proceres insidentes, & regulis ijs, iumenta trahentes, Euphraten transmisere.* Sed vñi ad hanc rem & cuppis interdum, siue inanibus vasis. In Lucano, lib. IIII.

*Namque ratem vacuæ sustentant undique cupæ,  
Quarum porrectis series constricta catenis,  
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.*

Quod ipsum Maximino Imp. factum ad Aquileiam, Herodanus vos docebit libro octauo. Satis de Pontibus. ORAN, Ludis. LIPS. Tu me. ORAN. Ludis, inquam: & nobilem illum scilicet Julianum pontem, in Rheno structum, nec nominare tibi animus, aut memoria est? LIPS. Memoria, sed non animus. quid enim opus? summates viri ante me in hac curâ fuerût: Turnebus, Hotomannus, Butco, ipse Cæsar Scaliger: quid in scænâ post eos spectet. LAMP. At nobis placet, & clarius aut

firmius fortasse aliquid; quam singuli illi, dices. FVR. Quid, quod promisisti? LIPs. Numquam factum. FVR. Imò iam nunc, cùm pontes in Nauibus struebas, Vtribus, Cappis, Sublicis, Vbi ergo aliter subliceus? LIPs. Vincitis, habete. — \* ~~χαλεπός~~

\* Difficile  
est unum  
contendere  
multis.

Δέπυραξεν ἡρα πολλάς. Ait Cæsar:

Cæsar his de causis Rhenum transire decreuerat: sed nauibus transire, neque satis tutum esse arbitrabatur, neq; suæ, neque populi Romani, dignitatis esse statuebat. Itaque et si summa difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis: tamen id sibi contendendum existimabat. Rationem igitur pontis hanc instituit. Tigna bina sesquipedalia, paullum ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, interuallo pedum duorum inter se iungebat. Hæc cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistulisq; adegerat, non sublicet modo directa ad perpendiculum, sed\* prona ac fastigata, ut secundum naturam fluminis procumberent. His item con-

\* Quidam libri, de-  
missa  
\* Fuluij cod. pronœ  
ac fastigia-  
traria duo ad eundem modum iuncta, interuallo pedum quadragenūm,

<sup>to,</sup> \* Idem di- ab inferiore parte, contra vim atque impetum fluminis conuersa statue-  
iuncta, bat. Hæc utraque, bipedalibus trabibus immisis, quatum eorum tigno-

rum iunctura distabat, binis utrumque fibulis ab extremâ parte disti-  
nebantur. quibus disclusis, atque in contrariam partem reiunctis, tanta  
erat operis firmitudo atque ea rerum natura, ut quod maior vis aquæ se-  
se incitanisset, hoc arctius illigata tenerentur. Hæc directa materia inie-  
cta contexebantur, ac longurijs cratibusque consernebatur. ac nihilo se-  
cius sublicet ad inferiorem partem fluminis obliqua adgebantur, que  
pro ariete subiectæ et cum omni opere coniunctæ vim fluminis excipe-  
rent. & aliae item supra pontem mediocri spatio; ut si arborum trunci  
sue naues deiciendi operis causa essent à barbaris missæ, his defensori-  
bus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. Diebus decē quibus

materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus traducitur.

Cæsar's verba habetis: lustremus. ait: Nauibus transire non arbitra-  
batur satis tutum, neque suæ, aut populi Romani, dignitatis. ] Causa duplex facti pontis, Securitas & Dignitas. Et sanè singillatim  
nauibus cùm transitur, & hostis facile impediat, aut partem ex-  
cipiat: nec dignitatem etiam habet, quia furtim & clam ferè  
transitur. Tale Tacitus, de Germanico, II. Annal. Cæsar, nisi  
pontibus presidijsque impositis, dire in discriminem legiones, haud Impe-  
ratorum ratus. Ait: Etsi summa difficultas faciendi pontis proponeba-  
tur.]


tur.] Ob altitudinem fluuij, latitudinem, violentiam. Et hercules hodie si faciendum; valde, credo, cunctemur. Sed Cæsar, hic Cæsar; & quæ per naturam fieri non posse videbantur, industria aut constantia perfecit. Struere coepit: sed an non flumine prius auerso aliquantum, & sic munito? Non dicit ipse: solent tamen Romani, & valde è re fuisse. Ita idem Cæsar, cum Pompeium ad Dyrrachium obsideret; aquæ inopiâ eum presurus, omnia flumina, atque omnes riuos qui ad mare pertinebant, aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat. Idem in Hispaniâ, Continuato diem noctemque opere in flumine auertendo, eo iam rem deduxerat, ut equites possent atque auderent flumen transire. Itaque tale aliquid mitigando & maturando operi hic factum, ut non assero, ita leuiter subijcio, & pono. Ait: *Tigna bina se quipedalia.*] Cratifa hæc tigna, & capiendum æqualiter, & in omni latere, sic fuisse. Ambitus igitur sex pedum. Sanè opus robore, quia hæc & flumen excipiebant, & ferre totum pontem debebant. Ait: *Paulum ab imo preacuta.*] An ferro præfixo? quidam sic imaginantur & pingunt; sed imaginantur & simplicius è \* ligno macrone in sic fuisse. Ait: *Dimensa ad altitudinem fluminis.*] Mensurâ quidem variâ, ut flumen in medio aut circa ripas variabat. Nec ea mens, quam Cardanus effingit, quasi non altiora fecerit: quâm ipsum summum flumen, æquâ cum aquis superficie: non: sed ut dixi, dimensio ad fundum spectat. Quis etiam ambigit, quin surrexerint paullum extra flumen, ad reliquam fabricam capiendam: tum etiam in casum, si flumen forte creuisset? Ego vero quinos aut quaternos pedes eminuisse, nihil dubito. *Fistucisque adegerat.*] Quid Fistucæ & Fistucatio, vel ex Vitruvio diu notum, & palustres aut admaritimi populi, hodieque in ædificando & fundando, assidue vtuntur. Ait: *Prona & fastigiata.*] Hoc caput & arx inuentiuncula est, & fabricæ Iulianæ. In istâ sibi placet, & satis explicat, ijs quidem qui non sunt nubilâ aut varâ mente. Tigna, inquit, non recta demissa, ut in sublicis pontium vulgo solet: sed duo prona & decumbentia secundum flumen; duo tum altera opposita, item iacética & inclinantia, sed situ contrario, in aduersum flumen. Interuallum autem inter opposita hæc tigna, facit quadragenum pedum, ab inferiore parte: quod est in fundo, & ubi desigebantur. Certum autem, cum sic infernè diuarica-

\*Siquis volet, præsumt.

uaricabant, capita minus paullò inter se abstissem. Quantum igitur hoc spatij? Cæsar siluit, sed putet aliquis ἀνθρώπος triginta pedum, aut paullum infra: atque eadem ista latitudo iniecti pontis. Pergit: *Hæc utraque bipedalibus trabibus immisæ.*] Tigna illa bina ibant per spatium fluminis, quantum à ripâ ad ripam erat: sed quid in transuerso deinde, & latitudine pontis? *Trabes, inquit, bipedales immisæ,* inter ipsa bina tigna: bipedales, inquam, quātum scilicet interuallum inter tigna. Erant igitur hæ transuersariæ trabes, fundamentum mox & velut soluim supremi pontis, cui leuior materia iniecta. Pergit, *binis utrimque fibulis ea tigna distæta.*] Quod sententiam habet, tigna illa inclinata, distenta fuisse & obfirmata binis fibulis, in capite utroque immissæ trabis. Sed quid *Fibulae?* quod Scaligero rectè visum, taleæ, & velut ligneæ (sic appellem) anchoræ, immissæ ad ligandum. Vitruvius: *Vtræque muri frontes inter se, quæadmodum fibulis, his taleis colligatae.* Idem alibi: *Tigna tria à capite fibulae coniuncta, & in imo diuaticata: et si & alia ea fibula esse potuit, non nego.* Ergo in Cæsare, *utrimq; binæ fibulae, sunt taleæ duæ duræ, firmæ, in caput quodque trabis immissæ.* Duæ, inquam: interior vna, & altera exterior, ob caussam mox dicendam. Quid autem *Distineri?* validè teneri, ut *distringi*, aut etiam seorsim teneri & abiungi, ne coirent, sed & ne abirent, duplice illo nexu. Ordo verborum Iulij: *Utraque tigna, immisæ trabibus distinxerantur:* quomodo? *binis utrimque fibulis ab extremitate parte.* Pergit iam porrò: *Quibus disclusis, atque in contrariam partem reuinctis.*] Tignis nempe extrossum & introssum clausis: tum & parte alterâ pariter reuinctis. Et statim: *Cæa erat rerum natura, ut quæ maior aquæ vis.*] Planè rerum natura. & vult ex nexu illo & renexu fibularum consequi, ut trabs immissa contineat tigna, nec sinat sursum aut deorsum inclinare. Ut athletæ brachiis capitibusque iunguntur, pedibus absistunt, & ita se firmat contra lapsum: simile in hac pronitate tignorum, & mox reuinctione. Cogitandum autem, quod Cæsar de duobus tignis dixit: idem fuisse in aliis, & totum opus per iuga quædam, cum interuallo medio (ut in fornicibus arcibusque pontium) iuisse. Hoc miror, interuallum id non expressum, cùm cetera curiosè & minutè exsequatur. Fuit, cùm incideret bina tigna in ordinem sic iuisse nullo interuallo: quod firmum sanè opus sit, sed laboris

laboris & materiæ multæ; tum etiam fluuius fortasse nimis sic  
 coercitus & clausus. Additur: *Hæc directâ materie iniectâ conte-  
 xebantur.*] Directâ nempe, in longitudinem pontis; & quia trâ-  
 uersariis illis trabibus tigna hæc iniecta. quæ ipsa, capita tra-  
 bium in iusto interuallo suo retinebant & sistebant. Super hæc  
 tigna autem iterum leuiores longurij aut perticæ, atque ij vi-  
 minibus intexti: an & terra ac cespes super vimina? nihil abso-  
 num sit, immo pro Romano more. Amplius: *Sublicæ ad inferio-  
 rem partem fluminis obliquæ adigebantur.*] Duplex potest esse sen-  
 tentia. vel vt in superiori pontis parte siue & fluminis, sublicæ  
 istæ fuerint; sed ex obliquæ & versæ ad *partem fluminis inferio-  
 rem*, vt loquitur, siue quæ flumen ibat & deuergebat. Eo sensu,  
 iungendum illud obliquæ cum *parte inferiore*: non autem, vt ipsæ  
 Sublicæ adæcta ad inferiorem partem. Hotomanus in eo turbat,  
 & rescribendum ideò, *ad superiorem partem* censet. Nihil opus.  
 Sed sententia altera esse poslit, Sublicas illas reuera positas infe-  
 riori parte, & obliquas adæctas contra flumen. quo fine? vt vel-  
 ut filterent & fulcirent pontem ab impetu fortasse laboran-  
 tem. Atque eò facere videatur, quod cum reliquo opere eas iun-  
 git, vt solet in fulcimentis. Tamen quia dicit *vim fluminis exce-  
 pisse*; videndum, an non prior sententia verior, magisque ex ope-  
 ris vnu. Addit: *Quæ pro ariete subiectæ.*] Hoc iterum magis pro-  
 alterâ sententiâ, quia subiectæ dicit, & pro Ariete. Sed vocem ta-  
 men *Arietis*, hoc sensu non ego, non aliis fortasse lègit: et si haud  
 inepta sit pro imagine arietis subsilientis & se attollentis. Nonne in simili sensu & *Capreoli*? Libri scripti ferè, *pro pariete*: nec capio. Addit: *Aliæ item supra pontem.*] An non hoc quoque inclinet, illas igitur fuisse infra pontem? sed inclinet; non cogat. At-  
 que has remouet à ponte *mediocris spatio*: vt non probem, qui no-  
 bis depingunt vallum septumque contiguum, in V litteræ for-  
 man, siue in trigonum, antepactum. Fit sanè hodie, & utiliter,  
 scio: sed an ideò necessariò ita Cæsar? Imò verba contrà eunt.  
 Esto igitur potius ordo simplex aut duplex tignorum, quæ de-  
 pacta in flumen, eo fine quem hîc dicit, nempe ad ligna, trun-  
 cos, naues, & siquid aliud turbando operi immitteretur, sistendu-  
 m & retinendum: vt spatium deinde esset ad deducendum  
 & amoliendum. Iccircò *Defensores appositè* Cæsar dixit: & Plu-  
 O. tarchus


tarchus hoc exprimens, οὐελέλους. E quo item notandum, mirabile hoc opus fuisse, & ut ait, *fide omni maius*, præsertim sic celeriter in decem diebus effectum. C A R O N D. In decem diebus certè mirum laudandumque. At ego in fidis Chronicis lego: *Carolum Magnum, pontem item ligneum, ad Moguntiacum struxisse: longum passus quingentos: sed ingenti labore, & DECEM ANNORVM spatio. LIPs.* Vide æuum æuo, homo homini quid intersit. Sanè nostra hæc ætas rara eiusmodi exēmpla vidit, cùm carpere aut deprimere, imò & non credere hæc talia malumus, quām imitari. Eò tu laudabilior ALEXANDER FARNESI, magne Dux, qui Scaldium nostrum superbo ponte iunxisti: & eo opere pulcherrimam vrbium Regi & corpori suo reddidisti, à quo vtroque per turbas male erat diuulsa. Macte animi, posteritas te dicet & mirabitur, tunc cùm inuidiâ remotâ, gloriæ tux sol per nebulas istas emicabit & perrumpet.





O 2

Pons Eunapij et Arrianu



E. Pons Cæsar. eius partes 1. Tigna sesquipedalia in flumen dimissa. 2. Bipedales trabes immisæ. 3. Fibulæ binæ. 4. Sublicæ obliquæ, et cum opere uncta. 5. Defensores. 6. Directa materia ad consternendum.

# I. L I P S I P O L I O R C E T I C Ω N

S I V E

D E M A C H I N I S ,

T O R M E N T I S , T E L I S ,

L I B R I I I .

D I A L O G I S M V S I .

De Ariete dissertio. quotplex ille, & qualis in quoque genere. De Helepoli, & Terebrā breviter.

**D**ix nos Machinæ tenuerunt, neque nego me fatigari. Vicarium sermonis huius specto. CAR. Quis possit? aut quem illum? LIPS. Designabo, si admittitis, & omnium calculis aptum. CAR. Facito, ego quidem voto tuo subsigno. BILL. Nos alij. fiat; Lipsius interiungat & quiescat. LIPS. Debeo benigitati huic gratiam. age ergo, tu Orane exsurge. ORAN. Quid facturus? LIPS. De Ariete dicturus. Tormenta enim nunc sequuntur: & inter ea præeat iste, tum Catapultæ excipient, & Ballistæ. ORAN. Cur autem ego electus, aut idoneus? LIPS. Nemo magis. Totum diem in me arietalisti: nosti usum & artem. ORAN. O te pñè dixerim, \*διωλεντα! ita iram recondis? LIPS. Et vindictam quoque: Domitianum vides. Extra iocum, subleua, & meam vicem de Ariete dicas. ORAN. Veruex ego, si fecero. LIPS. Imò nisi feceris: vos omnes appello, compellite. BILL. Oranus faciat. OMNES, OMNES. ORAN. Certè compellor. sed extemporaneus hic erit sermo, nec protuâ, Lipsi, diligentiâ aut curâ. Tu tamen atque isti, date manum alibi hærenti, atque attollite labantem. Arietis origo vetus, sed parùm certa: cum pars ad Græcos & Epeum referant, inter quos Plinius: Equum, qui nunc Aries dicitur in muralibus machinis, Epeum inuenisse ad Troiam: pars ad Tyrios siue Carthaginienses, inter quos Vitruvius: Primum ad oppugnationes Aries sic inuentus esse memo-

\*Id est, και μακη.

ratur. Carthaginenses ad Gades oppugnandas castra posuerunt. cum autem castellum ante cepissent, id demoliri sunt conati. posteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta; sumperunt tignum, idque manibus sustinentes, capiteq; eius summum murum continenter pulsantes, summos lapidum ordines deieciabant, & ita gradatim ex ordine totam munitionem dissipauerunt. Ego, si quis arbitrum capiat, Vitruvio magis, quam Plinio accedam. Si enim Græcorum res, & iam inde à Troiano bello: cur Homerus non meminit, ille fons & thesaurus rerum artiumque? cur multis saeculis nemo postea? nec probabile est, rem tam præsentanei usus, semel repertam, subito deperisse. B I L I. Imò rem dico. quid opus vel à Pœnis petere, quod ipsa ubique ratio, & pœnè natura comonstrat? Certè qui impetum facere in forens aut obiectum aliquid vult, cubito id facit, aut pedis impulsu. Ab eo exemplo, tignum in auxilium assumptum: & nostri proterui aut ebrioli, in foribus perstringendis, cottidie usurpant. ORAN. Haud abnuerim à naturæ ductu esse: sed alibi tamen initium. Vbi cuncte autem, sic dixerim à similitudine & reciprocatione ictus arietini. Dixit deterior ætas *Carcamusas*, opinor à sono. In observatione Parisiensi Abbo:

*Arriete, Carcamusas vulgo resonatos.*

Eadem autem sequens, etiam *ancrum*, nescio an à similitudine aliquâ fabricæ, aut quia identidem retro iret. Sed Aries iste non unicolor aut simplex, triplicem reperio. Est *Rudis*, & à primâ inuentione: quem manibus, lacertisque validi homines sustinent, & agunt. Talis in columnâ Traiani sic pictus exstat, & Daci eo utuntur. Posit huc duci Lucani illud, apud quem miles iactat libro i.

*Tu quo cunque voles in planum effundere muros,*

*His Aries actus disperget saxa lacertus.*

Et hoc Sidonij:

*Nec Pharij nunc regna precor, nec ut hisce lacertis*

*Frangat Hydasphas Aries impactus Erithras.*

Lacertorum utrobique mentio: et si ij quoque in *Composito* Arietate adhibiti, de quo addo. *Compositus* enim mihi est, qui trabem quoque alteram iungit & statuit, à quâ pendulus vi maiore, conatus leuiore, libratur. Hunc quoque Pœnis suis Tertullianus

primitus

primitus repertum asserit. & Arietem ( inquit libro de Pallio ) nemini adhuc libratum , illa dicitur Carthago , studijs asperima belli , prīna omnium armas in oscillum penduli impetus , commentarij tormenti debile pecoris capite vindicantis . Cūm enim oscillationem ei tribuit , manifeste Compositum hunc demonstrat . Sed & Vitruvius idem cum co. qui vult statim à rudi illâ inuentione , Fabrum quemdam Tyrium , nomine Pephæmenon , hac ratione induitum , malo statuto alterum ex eo vii trutinam suspendisse , & reducendo & impellendo vehementibus plagiis Gaditanorum murum deiecisse . Hic in plurimo vsu , & inter Romanorum opera ex professo Iosephus Flauius descripsit , tertio excidij : Est , inquit , Arietis trabs prægrandis , quæ malum nauis adsimilat . Is solidatur in capite graui ferro , in arietis formam , unde & nomen adsumpsit . Dependet medius , funibus suspensus ex alia trabe , velut trutina ; quæ trabs tignis utrimque firmis munita est & fulta . Repulsus porrò magnâ virorū manus retrorsum , iisdemque antrorsum statim & cum impetus reflectentibus ; quatit muros prominulo ferro . Neque est vlla turris tam valida , aut mœnia tam lata , quæ , vt primas maximè plagas tulerint , sustinere & subsistere assiduas eas possint . Haec Iosephus . nec pigebit per verba eius ambulare , & lucem aut fidem iis dare , Lipsij mei exemplo . Ait : Trabs prægrandis , quæ malum nauis adsimilat . ] Imò ex ipsis malis nauium interdum lecta & adsumpta . In Agellio , libro i. cap. xiii . P. Crassus , cùm opus esset firme ac procerâ trabe quâ Arietem faceret , scripsit ad magistrum architectonam Moleatensem , vii ex duobus malis , quos apud eos vidisset , uter maior esset , eum mittendum curaret . Ammianus materiem genitusque arboris etiam distinguit , libro xxiii . Eligitur abies vel ornus excelsa , & Plutarchus inter Antonij machinas , bello Parthico , memorat Arietem longitudine pedum lxxx . At Vitruvius ac Græci , formant & pedum c v i . imò & c x x . quos ex uno ligno fuisse vix putem . Porrò hæc prima Iosephi , Hegesippus laxè ita reddit : Magnitudo arboris , in modum mali naturalis , quem non ventorum procella , non velorum sinus flectant . Pergit Iosephus : Graui ferro , in arietis formam . ] Ita & Ammianus : Cuius summitas duro ferro concluditur & prolixo , arietis efficiens prominulam speciem , quæ forma huic machinamento vocabulum indidit . Hegesippus diffusiùs : Nomen hoc species dedit . eò quod valide

ac nodosa arboris caput ferro vestitur, & quod ut frons arietis praetenditur, que obductis laminis turgescit & prominet: e cuius medio, quasi cornu procedit ferri solidioris. Notate. primum, caput arboris ferro tegitur, & adfigitur laminis paullò longius: antrorsus in acumen producitur, quod *Cornu Hegesippus* dixit. Nec enim aliter verbâ eius capienda censeo, neque res fuit. Ammianus alibi, hoc *Acumen* vocat: *Vicit* (inquit libro xx.) *omne prohibendi commentum acumen Arietis, coagmenta fodens lapidum.* Atque is finis & opus præcipuum Arietis fuit, cum grandiores firmioresque lapides, more prisco, muris inderentur; iuncturas penetrare ac findere, & lapides emoliri. *Lucanus:*

— nunc Aries suspenso fortior ictu  
Incussus, densi compagem soluere muri

Tentat, & impositus vnum subducere axis.

Hoc acumen & ferrum, εὐλόγῳ siue Rostrum. etiam Græci dixerunt, notante Suidā: & fuit interduum trifidum, quadrifidum in mucrone, uti solent nauium rostra. Iudicem communius & οὐρανῷ siue caput, sicut Latini. In Iosephō libro IIII. historiola huic rei est: *Quidam, inquit, Iudeus Eleazarus nomine, periculum immensus ab Ariete iam admoto muris videns, lapidem prægrandem ita violentē ictū, ut caput machinae diffrigeretur (οὐσε διπλάξει τὸν κεφαλὴν τὸ μυκήνηντες:)* quod cum vidisset, descendit etiam de muris, & magno stupore hostium, id secum in mœnia tulerat; nisi quod quinque sagittis confixus, vna cum ipso capite iterum decidit. Quod ita legendū exaudiendumque est, non ut totum caput (graue id fuit) sed decussam anteriorem eius partem, tulerit sic raptim in urbem. Addit Iosephus: *Dependet medius, funibus suspensus ex alia trabe.* ] Quæ sic Hegesippus: *Ea arbor suspensa funibus, ad superiora atque robusta arborum nexis, multorum manu valide in murum impellebatur.* Sed mutat à Iosepho, quod ab arboribus necdit, ille ab unâ arbore: sensus tamen est, vel ab unâ mediâ transuersaque arbore pependisse, quam duæ aliæ sustinerent, ut in Iugo aut Patibulo: siue & à duabus reclinatis, & utroque capite coniunctis. Quod dicere Ammianus ita videatur: *Suspensa utrumque transuersis afferibus, & ferratis quasi ex lance vinculis trabis alterius continetur.* Vbi ferratis etiam vinculis, siue catenis eum necdit: at funes tamen Iosephus & Hegesippus dixerunt: sed quid.

quid vetat ad firmitudinem catenas etiam fuisse? Has trabes & ligaturam Lucanus intellexit:

— nunc coniunctas adstringere nodis  
Instabat ferroque trabes, quo frangeret altos  
Portarum postes, quateretque morantia claustra.

An non eamdem Ammianus, libro xx. dum scribit *Arietem cætuſum, diſſolutum fuſſe, vt facilius veheretur, iterumque instruētum?* Magis hoc est, quām vt ipsam trabeām solutilem intelle-gamus. Pergit Flavius: *Repulſus magna virorum manu.]* Quan-tam manū scilicet admittebat longitudo. Nec enim niſi or-do virorum vnuſ vtrīque admoueri potuit: & singulis ad in-gressum & motum, minimūm dandi duo pedes. Sed recens sci-liset manus manui succedebat, eratque perpetuus iſcus. Ideo Arietes non ita multi instruēti, etiam in magnā obsidione: & plures tamen adhibiti ad ministeria aut tutelam. Appianus in Punico, oppugnanda Carthagini duos vastos Arietes admouet, quo-rum alter à ſex mille peditibus impelleretur; alter à ſociorum nau-lijum multitudine. Titus ad Hierosolyma, tres Arietes habuit, ex Iosepho: tot quot legiones. Non quia tota legio in dirigendo aut impellendo occupata, ſed in tuendo, curando, per vices admi-nistrando. Denique claudit Iosephus: *Neque eſt villa turris tam valida, aut moenia tam lata.]* Obſeruate vim machinæ. quæ ma-gis eluceſcat, ſi cogitentur veterū muri, validi hercules ſupra noſtrām fidem. Atqui Aries tamen tractu & tempore diſcuffit. Ideo Exterminatorium instrumentum Paullus Diaconus dixit, li-bro XVII. *Exterminatorio instrumento factō, quod Arietem vocant, ciuitatem adeptus eſt.* Sed & alio latere Exterminatorium; quia iſ adiutorius ſignum perdendæ vrbis. Vti hodie mos aut lex eſt, durius in eos consuli qui Tormenta exſpectarint; ſic olim, qui Arietem. Cicero in Officijs: *Et cùm ijs quos deuiceris conſulendum eſt; tum iij, qui armis poſitis, ad Imperatoris fidem conſu-giunt, quamuis murum Aries percuſſerit, recipiendi ſunt.* Cæſar II. Gallicorum: *Respondit, ſe magis conſuetudine ſuā, quām merito eo-rum ciuitatem conſeruaturum, ſi, priuſ quam Aries murum attigifſet, ſe dediſſent, ſed deditioſis nullam eſſe conditionem, niſi armis traditiſ.* Atque hic eſt Compositus Aries, circa quem tamen aliud etiam labor aut cura. Nam & cratibus tegebant, & corijs, contra ia-

Etus aut ignes. quod sic in Iosepho libro IIII. Περοῦν καὶ τὸν γέρρον  
τὸν οἰλεκέστι, καὶ παθύπερθε πεφεγμένον δέρρει, τῷρος τὸν αὐτῶν ποὺ τὸν μη-  
χανήματος ἀσφάλειαν: *Produxeré Arietem Vineis tectum, & super-*  
*nē corio munitum, ad suam & machine tutelam.* De Vineis, in Pro-  
pertio etiam est, libro IV.

Dumque Aries cornu murum pulsabat aëno,  
Vineaque inductum longa tegebat opus.

Longa, inquit, vinea: & in Iosepho: διλευκὴ γέρρη, perpetua crates.  
Et si pro histegumentis, receptum etiam, ut solidā Testudine totus  
Aries tegeretur: atque ea forma nostra tertia est, Testudo Arieta-  
ria, vel Testudo Aries dictus. Hunc quoque Carthago repperit.  
Et Vitruvius ita libro x. Cetras (Charcedonius (malè Chalcedonius))  
de materia primū basim subie etis rotis fecit, supraquę compedit arre-  
ctariis & iugis varas, & in his suspendit Arietem, coriisque bubu-  
lis texit, ut tutores essent, qui in eā machinatione ad pulsandum mu-  
rum essent collocati. Id autem, quia tardos conatus habuerat, Testudi-  
nem arietariam cœpit appellare. Totam ipse eam deformat, & mi-  
nute ac mensurat, ut architecti: videatur. De eādem Vege-  
tius: *De materia ac tabulatis Testudo contexitur, quae ne exuratur*  
*incendio, coriis, vel ciliciis, centonibusque vestitur. Hec intrinsecus*  
*accipit trabem, que aut adunco præfigitur ferro, & falx vocatur; aut*  
*certè ipsius caput vestitur ferro, & appellatur Aries. Testudo autem*  
*à similitudine vere testudinis nomen sumpfit: quia sicut illa modò re-*  
*ducit, modò profert caput, ita machinamentum trabem. Intellegi à*  
*Claudiano aliquis dixerit:*

Tum tua murali libretur machina pulsu,  
Saxa rotet præceps Aries, protetque portas  
Testudo feriat, ruat emersura iuuentus.

Nam portas feriri à Testudine facit, quod non nisi ab ista po-  
test: nisi οὐανδόγρως hi \* capiendi, qui sub eā latent. At certò  
eam adhibet ac describit Procopius I. Gothicorum, in rebus  
Vitigis: & posteriore æuo Colmariense Chronicum, in quo  
Cancer appellatur. Posthac Cancerum ad ciuitatem perduxerunt. Fuit  
Cancer instrumentum magnum, forte pariter, & ponderosum. In eo  
erat TRABS magna, pariter longa, in una parte grossa, in altera par-  
te parua. In grossiori parte, sive in capite, fuit ferro forti circumda-  
ta, & in fronte ipsius Cancri fortissimè colligata. Trabs hæc super que-  
dam

\* Sed & sa-  
orsim alia  
Testudo  
sapiente.

dam instrumenta iacuit, quò faciliter moueretur. Postrema verba de Cylindris intelligēda videntur: de quibus & in Vitruvio legetis. Addit autē subinde, *quingentos homines in Cancro illo fuisse occupatos*: vbi magnitudinē vides. LIPS. Etiam in Herone, cap. xi. Illum euimdein videte cap. xv. xvi. xvii. vbi plures itē Arietes simul suspendit. ORAN. Credo, sed quid istis insistimus? subtilia, & hodie inania sunt, nec alio fine sciantur, quām vt sciantur. LAMPS. Non hīc te moror. in nomine *Cancri* quāro, vnde id habuit? ORAN. Nempe à regressione & reciprocatione in iētu: an & quia in obliquum moueretur & peteret? An quia Testudo ignota Germaniæ, ipsi finitimum & testaceum animal supposuere? LIPS. Ego verò & de Helepoli à te exspecto, quæ vicina aut eadem est, ex Ammiani quidem descriptione. Ille enim sic, libro xxiii. Pro his Arietum machinamentis, crebritate iam despectis, conditur machina scriptoribus historicis nota, quam Helepolim Græci cognominamus: cuius operā diuturnā Demetrius Antigoni filius, Rhodo alijsqüe vrbibus oppugnatis, Poliorcetes est oppugnatus. Edificatur autem hoc modo. Testudo compaginatur immanis, axibus robورata longissimis, ferreisqüe clavis aptata: & contingit corijs bubulis virgarumqüe recenti texturā, atque limo asperguntur eius suprema, vt flammeos detractet & missiles casus. Conseruntur autem eius frontalibus trisulca cuspides præacute, ponderibus ferreis graves, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vel fictores: vt quidquid petierit, aculeis exsertis abrumpat. Hinc ita validam molem, rotis & funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti viribus admouet concitis: & nisi desuper propugnantium valuerint vires, collisis parietibus aditus patefacit ingentes. Et sanè, quid hec aliud quām Testudo arietaria? ORAN. Ipse ita dicit, vix alias: & magis ad Turris genera Helepolis hæc celebris referenda. Ipsam Demetrij describit Vitruvius in x. Plutarchus in Demetrio; Diodorus copiosissimè in xx. obsidione illâ Rhodiorum. Et variant quidem inter se ac dissident; sed consensus tamen est, Turrim fuisse, sed multipliciter & magno opere instructam. Quinimò disertè ab Testudine Arietariā separat Appianus in Mithridatico: Χώμετα δὲ πολλὰ ἔγειρε, καὶ υπενάσεπήγωντο, πύρφοις, καὶ χελώναις κεροφόρεις, ἐλέπολιν ἔκαπον πήγεν, εἰς δὲ ἐπέργυα ταῦρηγυα ἐπῆρτο, κατασέλτας, κύλιδους & βέλη τοικίλα ὀφελεῖ: Aggeres multos struxit (rex

Mithridates ad Cyzicum) & machinas confixit, Turre, & Testudines arietarias, & Helepolim centum cubitorum, è quā & alia Turris surgebat, catapultas, lapides, & varia tela emittens. Nec de hac ego plura: an aliquid magis de Terebrā? quam Vitruvius nominat, & ex Athenæo sumpsit, qui descriptis. Græcis est Epitavov. LIPS. Clarissimè Heron, qui & Figuras donat. Est autem gladij aut mucronis quædam similitudo, quo muros perfodiebant. Romanos vītasse haud lègi: an posteri, & inter eos vestri Leodicenses? Nam in Annalibus infirmis ita scriptum: Episcopum rō, & deux parasse \* Arietem, & duos gladios, ad muros diruendos. ORAN. Ego nescio, nec quæro: desino, absoluī.

\* Vn mou.  
rō, & deux  
glaines.

## AD TEXTVS.

**V**ERBA Heronis, quibus Arietem in Testudine describit & suspen-  
dit, obiterque alia genera adiungit & tangit, libuit hīc addere ē  
cap. x i. & tum venire ad figurās. Suadeam etiam legere & conferre vīnā  
Vitruvij in hac re caput, & Athenæi apud Turnebum excerpta, si quis  
in architecturā inquirendā studebit. Haud difficile erit ē trium istorum  
collatione perrumpere: nos Heronis verba, à Barocio ita versa, nunc da-  
mus. Ait: Verūm Principis Byzantij familiares Arietem cubitorum cen-  
tum & viginti iuxta longitudinem faciebant: ab ipsius autem calce iuxta  
crassitiem quidem, pedalem: in latitudinem verò palmorum quinque: in an-  
teriori autem parte coarctabant ipsum in pedalem latitudinem, & trium  
palmorum crassitiem: Helicas ferreas quattuor, quæ se in longitudinem  
usque ad decem cubitos extendant, in anteriori parte clavis affigentes: to-  
tumque Arietem tribus funibus, octo iuxta crassitudinem circumquaque di-  
gitorum existentibus, succingentes: ac loris eum circulariter ligantes, iuxta  
medium tribus quidē interuallis, quattuor verò sustentaculis constringebat.  
funes verò, qui ab alijs canabinis funibus ab Arietariâ Machinâ pendentibus  
Arietem ipsum sustinent, atque inferunt: à ferreis contextis catenis in-  
itia sumebant. At scalam etiam nauticam faciebant affere in Arietis elati-  
tione anterius clavis affixo, habenteq; rete contextum iuxta crassitiem suffi-  
ciens, & iuxta distantiam quattuor, vel etiam plurimum digitorum foramina  
habens, ut facilē supra murum ascendatur. appendebant autem ipsum & mo-  
uebant in Testudine rotis octo prædictâ. quippe quæ iuxta quidem infernam  
pauimenti longitudinem, quadraginta duo: iuxta verò latitudinem, viginti-  
octo cubitos habeat. ipsa præterea quattuor crura, quæ in pauimento ad alti-  
tudinem iuxta angulos affiguntur, ex duobus simul iunctis lignis singula fa-  
ciebant, longitudinem habentia singula cubitorum vigintiquatuor, & cras-  
sitiem palmorum quinque: iuxta verò latitudinem unius cubiti existentia.

In su-

## DIALOG. II.

*De Catapultā: & primum de nomine. Maiores, & Minores: tela  
earum, vis, & forma.*

**C**ATAPULTA nunc excipit: quis de eā sermonem? **T**u Furi, si mea electio sit, & votum. **F**VR. Homo incautē & calide, quid tibi vis? **O R A N.** Eſſete, quod fui, & venire in has partes. **F**VR. Quin totum assem tibi habe, cohæres esse nihil moror. **O R A N.** Vetus verbum nosti? *Attio quod Titio idem ius esto.* Denique aduoco te consortem, non solum admitto. **L I P S.** Heus Furi, nobis quoque sic videtur. Tu ille tubicen & produc̄tor noster, non pugnes? **C A R O N.** Pugna, ego te in hunc ludum damno. **F**VR. Perillus siam, vt video, & includar in meum bouem. **O R A N.** Non vt ardeas tamen, sed vt sudes: puta te ire in balneum aliquod Herculanicum. **F**VR. Facile in me istuc: corpusculum videtis. Sed verba perdam, si repugnem; & ad rem magis ea seruo. *De Catapultā* igitur dicam: sed vtrā? quæ lapides mittit, an quæ hastas? nam video confundi. **L I P S.** De vtrāque: non errabis, nec natabis in abiungendo & disparando. **F**VR. Hoc quoque ad molestiam? sed mox videro: nunc de nomine aliquid necessariō, quia vt scitè Tertullianus: *Fides nominum, salus est proprietatum.* Duplex instrumentum priscis quo in hostes emitterent & iacularerunt: altero, tela vel grandiores sagittas; altero, lapides & saxa. Id priūs *Catapultam* dixere, veteres quidem, & quibus cautus & electus sermo fuit. Nam alij postea, vt dicam, confudere. Sed *Catapulta* igitur talis machina, Græcum nomen *καταπλάσις*. Formatum δπο τῆς πέλμας, quæ auctore Hesychio δόρυ καὶ ἀνόντων etiam notat: id est, *hastam* & *iaculum*. Machina igitur quæ talia mitteret, compositione quædam sic formata: & vt dixi, veteribus non nisi istaec iacit. Polybius non sensel disiungit à machinâ, quæ lapides mittit, siue Latinorum *Ballistā*. vt de Philippi Macedonis apparatu: Σωμαχ-  
σέντων δὲ καταπελτίδι μὲν εκατὸν πεντήκοντα, περισσοτέρων δὲ ὡράριων πέντε  
χιλίοις: *Conductis in unum catapultis quidem centum quinquaginta,* petrarijs machinis siue *Ballistis* vigintiquinque. Eodem sensu Liuius  
**X X V I.** *Captus* & *apparatus ingens belli, Catapultæ maximæ fermè*

CXX. minores CCLXXXI. Ballistæ maiores, XXXIII. minores LII: Et videre est in utroque scriptore *Catapultas* crebriores & magis vulgatas fuisse, quam *Ballistas*. Quid ita? quia hæ operæ maioris, sed & molis. In Iosepho hoc ipsum suggeritur, de Romanis, libro v. Excidij: Εἰχον δὲ ὄξυελεῖς μὲν τριακοσίες, τρεσαρεῖσαι δὲ τριής λιθοβόλων: Habant catapultas trecentas, *Ballistas* verò quadraginta. Valdè vincere has videtis in numero: quas ille, & alij item, ὄξυελεῖς vocant, quia acutum ferrum telumque emittunt; aliter quam *Ballistæ*, quæ lapidem obtusum. Plautus hoc ipsum discrimen palam ingerit, Captiuus:

Vide No-  
tas.

*Meus est ballista pugnus, cubitus catapulta est mihi.*

Ita enim ibi Parasitus minitabundus in obuios. & *Pugnūsum*, qui rotundus, cum lapide Ballistario comparat; *Cubitum*, qui longior, cum telo Catapultæ. Ita dico, *telo*. nec aliter in ijs versibus utraque vox capienda, quam pro eo quod *Catapultā* emititur aut *Ballistā*. Ita idem alibi:

*Cui iam infortunij intenta ballista est probè,*

*Quam ego haud multò post emittam è ballisterio.*

Ita hæc interpreter, & *Ballisterium*, non locum, sed machinam ipsam. Mens poëtæ & sermo etiuncunt: sed & conformia exempla. Athenæus de Alexandro: Οὐταν Αὐθίνας πολιορκῆ μηρίαι πυροπλάναι, οἵ τοις καταπέλταις ή ἀλλοις βίλεσσοι εἰσ τὸν σόληνον ἵνανοι: Cū Athenas obſedit decies mille armaturis, & totidem catapultis alijsque telis ad bellum idoneis. Nisi quis ibi καταπέλτας accipiat Peltaſtarum leuia arma, aut homines ipſos. In Appiani Libyco: Ξύλα παχέα διώγχα ἔμελνον, οἷς καταπέλταις, cū χειρὶς ἡ φίσεω: *Ligna crassa, bicubitalia, tam quam catapultas, è manu emissuri erant.* Sed hæc fortasse aliquis interpretando mollire malit: faciat: illud manferit, antiquis *Catapultam*, ligni-iaculam machinam esse, nec aliter ferè ad Augusti æxum locutos. Ibi aut circà, confusio: & sunt qui pro faxi-iaculâ etiam ponunt. vt Cæſar ipſe in II. Ciuilium: *Ne faxa ex catapultis latericium discuterent.* Palam faxa mittit: sed & Sidonius,

*Non quæ stridentes torquet catapulta molares.*

Nec de isto miramur: de Cæſare magis, quoniā & Vitruvius post eum disertè *Catapultam* describit, quæ spicula & hastas mittit; *Ballistam* quæ saxa. Nec meimini in illo æuo quemquam aliter: vt hinc quoque verear, ne quid pro suo Celsus. Nam etſi vox

*Catapultæ*

Catapultæ tunc pœnè desierat , certè obsoleuerat ( nec in Ammiani aut Vegetij temerè inuenias: ) tamen video promiscuè vfos, qui sunt vñi. vt Appianus in Iberico : καταπέλται μὲν ἐπέκεινοι τοῖς πύργοις δέχυθελοι τὸν λιθοβόλοι: Catapultæ turribus impositæ, & quæ spicula mitterent, & quæ saxa. Videtur commune hoc nomen vtrique speciei facere. vt & in Libyco: παρελάμβανον καταπέλτας δέχυθελτες τὸν λιθοβόλον: Acceperunt catapultas hasti- & saxi-iaculas. Sed & in Diodoro sic memini obseruare. Aristophanis Scholastes pro hac communione: Καταπέλτης εἶδος υποχανῆς, ἀφ' ἣς αἰχώνης ἐλλαττὰ πέμπωσι: Catapulta, genus machina è quâ iacula & alia quædam mittunt. Quæ alia? saxa aut & globos è plumbo, vt sermo vñterior dicet. An & hæc cauilla confusionis, quòd eadem machina vtrumque telum sæpè mitteret? In Silio libro I.

*Phocais effundit vastis Ballista molares,*

*Atque eadem ingentis mutato pondere teli*

*Ferratum excutiens ornatum media agmina rumpit.*

In Ifidoro: Ballistam verbere neruorum torqueri, & magnâ cunctâ iacere aut hastas aut saxa. In Athenæo, libro V. λιθοβόλος describitur, τεττάλατος λιθος & φερετης, τον δωδεκάπτυχον εέλος: Petraria machina, lapidem iaciens trium talentorum, & hastam duodecim cubitorum. Hæc igitur ita facta: et si vulgo & cominodè magis, cuique telo sua machina seorsim aptata. Nec ante Cæsarem sane ( imò nec statim posse) nominum hæc confusio: nisi quòd paullatim, vt dixi, Catapultæ vox abijt, & raro legitæ in imis scriptis. Quid ergo eius loco? nam res mansit: Balliste vox vñnit. Valde hoc notandum, nisi natare semper aut falli volumus: & ea quæ antiquis non nisi saxa iecit, posteâ plurimum hastas. Ita in Glossis sub Iustiniani æuum explicatur, καταπέλτης, Ballista: & in Ammiano ac Vegetio, haud alio sensu legetur. Exempla id mox dicent. Sed adnoto, Βελοσάστεις etiam dictas Græcis, has Catapultas. vt quidem Hieronymus reddidit, quod in Machabæorum I. libro, cap. VI. scriptum: Καὶ παρεβαλεν ὅπλα τὸ στρατόν τιμέρας πολλαῖς, καὶ ἐστορέεις οὐλοσάστεις, & υποχανᾶς, πυρόβολα & λιθόβολα: Et conuerit castra ad locum sanctificationis dies multos, & statuit illic Ballistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides mittendos. Ea-

\*Didici  
ταφορινῶς,  
pro Duci-  
miror)

qui precepit.

apparatu contra Demetrium : Επίσην τέ & τοις ὄρμῶσι τῷ φορτηγῷ  
τοῖσιν τὸν λιμένι βελοσάσεις ὀπεῖας τοῖς ὅπτισθεσδέ μέλλεσι πατασέλπας : sed  
alio, vt mihi videtur, sensu. & interpreter, sic fabrefactas su-  
pernè & adaptatas naues, vt in ijs Catapultæ disponi possent.  
Hæc talia loca & sedes ijs idoneas, βελοσάσεις appellat : quasi sta-  
tiones telorum aut tormentorum. Fortasse nec aliter in prioribus il-  
lis capiendum. Sed de nomine satis : ad rem venio, quæ reper-  
ta est, Plinio auctore, à Syris : cui facilè assentior, certus plera-  
que artium orta ab Oriente. Græci tamen haud tam longin-  
què petunt, & Siciliæ adscribunt. vt Diodorus in xiiii. Kal  
τὸν καταπολεμικὸν δέρθη καὶ τεττυ τὸν καρπὸν τὸν Συρακουσαῖς : *Catapultaria ars*  
*& machinatio, reperta circa ea tempora Syracusis : tempora scilicet*

\* Quod idē Aelianus Var. Hist. VI. c. XII. Dionysij senioris, cùm is bellum in Carthaginenses pararet.  
Sed & Plutarchus refert, *Archidamum*, cùm telum catapultarium  
vidisset, tunc primum è Siciliâ allatum, dixisse, οὐ λεπτούρητα : Periūt  
virtus. Magnam enim consternationem hoc telum in nouitate  
habebat, & nulla ei virtus visa resistendo. Quid autem dixiſ-  
ſent, si nostra hæc fulminantia vidissent, & verè Cyclopum te-  
lā ? Sed tunc igitur Siculis aut reperta, aut agnita : & non vno  
etiam modo structa. Fuerunt enim, vt in Liuio obſeruare ſu-  
prâ potuistiſ, *Maiores Minoresque catapultæ* : illæ, quæ telum fe-  
rè trium cubitorum emitterent ; iſta, quæ dimidiatum. Ita enim  
obſeruo. & in Appiani Libyco ſcriptum, cùm Scipio Uticam  
oppugnaret, tormentis emiſſe τεττήχῳ βέλη, καὶ λιθοὺς μεγάλους, tricu-  
bitalia tela, & lapides magnos. Polybius item libro v. narrat, Hie-  
ronem @ Gelonem reges misſe Rhodijs πυρτίνοντα πατασέλπας τεττή-  
χες, quinquaginta catapultas tricubitales. Non quòd totius machi-  
næ modus talis, fed quòd eius tela In Festo ſanè ita lego : *Tri-  
fax, telum longitudinis trium cubitorum, quod Catapultæ mittitur.* Re-  
ſpondet planè huic modulo, quòd *Minores* Catapultas feci di-  
midiatas. Quid enim hoc aliud sit, quod Diodorus aliquoties  
nominat & diſtinguit τὰς τετταθάμενες δένθελεις, triſpithamas cata-  
pultas? Sicut libro xx. in apparatu Demetrij: *ωεσηειδέ μὲν ἐπίμο-  
ρὰς μηνῆς ναῦς ἐχέοντας δὴ τὰς τετταθάμους τῷ δένθελῶν:* Pra-  
ire iuſſit longas naues, quæ in proris haberent catapultas trium ſpitha-  
marum. Iterū, de eodem Deimetrio : *Αὐθείσιας τὰς αἰδεράτους τῷ  
λιμένεν, ηγέτεος παταφεξεῖς στοιχοῖ, οὐδεὶς αὐλεῖς πατασούδασε,* c̄ rēd-  
to μὲν

Τὰ μὲν τῷ τεῖχῳ θάλαμον ὀξυβελῶν τὰς πορρωτάτους οἰλοντας, καὶ τὰς τέτοις καὶ τρόπον χειροσκοπίους: Collectis firmissimis lemborum, eosque muniens tabulis, & fenestellas quae claudi possent inadiscans, imposuit ē catapultis trispithamis eas quae longissimè iacerent, & simul viros, qui vix istis opportunè possent. Ponit expressè trium spithamarum fuisse, id est triginta sex digitorum: qui ipse modus est medius, ad cubitos tenuos. Sed & ex postremis verbis discas, has tales leuiores sagittas longius permeasse. quod iterūm idem indicat, cùm paulo pōst nominat τὰς ἐλάρροντας ὀξυβελεῖς, Ε μακρὸν φερεμένους: minores catapultas, & longè iacentes. Atque hæc ita pluriūm & vulgo surpassata: interdum tamen & machinæ & tela grandiora, imò non tela sed tigna. Ita appellat Abbo in Lutetiæ obsidio:

— magno cum pondere nostri

Tigna parant, quorum chalybis densa summa peragrat.

Et sunt in Cæsare, Maxima ballistæ, i. Ciuil. ijsque, missi afferentes pedum duodecim, cuspidibus præfixi. Imò in Athenæo lib. v. cubitorum duodecim, atque ij ad stadij spatium iacti. Nihil ergo miror, si per plures homines simul penetrarint. vt in Lucano:


— neque enim solis excussa lacertis

Lancea, sed tensò Ballista turbine rapta,

Haud unum contenta latus transire quiescit.

Ac tale Catapulta telum est: sed ipsa qualis? E ligno, ferro, nervis formatur Ammiano lib. XXIII: Ballistæ figura, inquit (hæc ei Catapulta est, vt dixi) docebitur prima. Ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur & vastum, in modum regule maioris extentum, cuius ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet filius extensis recto canalis angusti meatu cauatus, & hoc multiplici chordâ nervorum tortilium illigatus, eiique cochleara due lignea continguntur aptissimè. quarum propè unam adficit artifex contemplabilis, & subtiliter apponit in temonis cauamine sagittam ligneam, spiculo maiore conglutinatam. hocque facto, hincinde validi iuuenes versant agiliter rotabilem flexum. cùm ad extremitatem nervorum acumen venerit summum, percita interno pulsu à ballistâ ex oculis auolat, interdum nimio ardore scintillans. Pñè paria Ammiano dixerit Notitiæ imperij libellus subiectus, qui sic de Ballistæ fabricâ: Arcu ferreo supra canalem, quo sagitta exprimitur, erecto, validus nervi funis uno tractus, eamdem sagittam magnis viribus dimissus in

hostem impellit. Hunc tamen funem non manibus neq; viribus militum trahi fabricæ ipsius magnitudo permittit, sed retrò duabus rotis viri singuli radiorum nisibus adnitentes funem retrorsum tendunt, pro difficultate rei viribus machinis adquisitis. Ballistam tamen ipsam ad dirigenda seu altius, seu humilius tela, cochleara machina, prout vocet utilitas, nunc erigit, nunc deponit. Hoc tamen miræ virtutis argumentum, tot rerum diuersitate connexum, unius tantum, otiosi, ut ita dicam, hominis, ad offerendam tantummodo impulsioni sagittam, opere gubernat. Videlicet, ne si hominum turba huius ministerio seruiret, minueretur artis inuentio. Ex hac igitur ballista expressum telum in tantum longius vadit, ut etiam Danubij, famosi pre magnitudine fluminis, latitudinem valeat penetrare. Fulminalis etiam nuncupata, appellatione suâ virium testatur effectum. Breuius & magis neglectè Vegerius: Ballista funibus & neruis tenditur, quæ quantò prolixiora brachiola habuerit, hoc est quantò maior fuerit, tantò spicula longius contorquet, quæ si iuxta artem mechanicam temperetur, ab exercitatis hominibus, qui mensuram eius antè collegerint, dirigatur, penetrat quodcumque percussérit. Vitruvius autem omnium plenissimè, in Capite proprio aut Capitibus: sed quid est? non intellegi hæc plerae à viris magnis video, & qui toti fuerunt in hac curâ: quid de me pudeat fateri? Formæ exstant in Notitiâ imperij, & ab alijs delineatæ: sed illæ obscuræ, hæ parùm firmæ. quid tu Lipsi? Lips. In architectis nomen non profiteor: suspicor hîc aliquid, non scio: & magis fortasse aperient libri Græcanici *De Machinis*, qui in bibliothecis latent. Sed & ipsas veteres Catapultas latèrè alibi in Armamentarijs, non dubito: & vidi ipse Bruxellæ, in alterâ mēa patriâ, eius formam, ingeniosam & pulchellam, nec longè à prisca. Sed pergendum est.



C. Hanc Bruxella in armamentario repperi, affabré factam: Et in eâ brachiola seorsim, (non continuo ligno) intenta, et retrorsum flexa fuis neruis. quod valde in tota hac re notandum. Nulla enim curvatio in ligno, sed vis omnis in neruorum renisu.

## DIALOG. III.

*De Ballista, & Manganicis. Varia item nomina: Lapidum moles & effetus: de Nervis, & Crinibus.*

FVR. Nempe alium vis succedere, & ad alia nos ire? LIPS.  
In his morari etiam, & te pergere. Te dico, qui cœpisti: & de Ballista, quod debes, plenè dare. Stipulati ita sumus. FVR. Non ergo restipulatus: sed age, ero Tigellius ille, & cum cœpi canere, non desistam. Priscis, vt mea quidein obseruatio est, Ballista semper lapidem iacit: nec aliter ante Cæsarem legas: imò & post Cæsarem, Tacitus, Seneca, alij, prisco illo more visi. Etsi tamen posteriores variant: sed de priscis, Cicero II. Tusculanâ: *Vt ballista lapidum, & reliqua tormenta eò grauiores emissiones habet, quò sunt contenta atque adducta vehementius.* Valerius de serpente monstroso in Africâ, sub Regulo: telorum iactu perforari nequisse, sed

sed ad ultimum ballistarum tormentis petitum, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse. Et plura, quæ in ipsâ re mox dabo. At post Cæsarem, ambifariam vox sumpta, & sæpè (vt suprà dictum) pro *Catapultâ*. Græcanicâ auté stirpe videtur θωράκιον τηλετελευτήν, à iaciendo: & ideo *Ballistam* geminâ consonante, vel potius *Ballistram*, vt *Glossæ*, melius scribi. Sed quamquam ab ijs vox; ipsi vix eâ vsi, & quiduis potius in eorum scriptis, quâm *Ballistam* in hac re lego. Dicunt λαθόβολες, πεζοβέλες; πεζοβολικά δραγα: communiter magis ἀφεντίκα δραγα: itemq; μάγλανα: aut μαγλανα: in quâ postremâ voce aliquid insisto. Valde enim obtinuit, & Græci Latinique imi, sed & barbari eâ vsi. *Manganum* sanè communiter *Machina*, vt initio \* Lipsius dixit: sed huc transtulerunt, ad violentissimam machinarum. Abbo in obsidione Parisiensi:

\* Vide, &  
adde suprà,  
libro I.  
Dial. III.

*Conficiunt longis & quæ lignis geminatis  
Mangana que proprio vulgi libitu vocitantur,  
Saxa quibus iaciunt ingentia.*

Liquerat Petraralias intellegi, & in parte describi. Leo Imperator, cap. xv. de Apparatu bellico: *Manganica alacacia*, que saxa emitunt. LIPS. Debeo interpellare. tu hæc à *Mangano* deriuas? FVR. Facio. LIPS. Atquin ex Herone liceat adstruere *Monangonem*. Nam ita ille, cap. XVII. *Lignum longum interpositum, in figurâ reflexi angonis; quales sunt ij qui lapides iaciunt Monangones, quos nonnulli Fundas vocant.* Nostros liquet intellegi, eò magis quod de fundis addit. In sequenti etiam capite: *Ipsa Monangonis constructio, ad catapulticam etiam contemplationem volentes instituet.* Firmius hac de re dicere, si aut Græca vidisse (nam Latina interpretatio vacillat alibi, aut lapsat:) aut si Athenæum, quem Barocius auctorem citat construisti *Monangonis*. Sed aliâs ego, aut pro me alias hæc peruidebit: tu prosequere. FVR. Dixi ego *Mangana*, & ab eo *Manganica*: quomodo Cedrenius: Βάλλεται δὲ εἰς τὴν μαγλανὴν λίθῳ, δε σωματικῇ αὐτῷ, τὴν κεραλὴν γῆρᾳ τὸν τεφσόντων. quod ita Paulus Diaconus libro XXI. *Deiicitur lapide emissō ex Mangono, & contritum est caput eius & facies.* Sanè ibi *Manganicum*, sed in Diacono *Mangon* est, vt tuus ferè *Monangon*. Nam hæc talia, vt sit, truncabant: atque ita *Mangas* posterior ætas appellauit. Otho Frisingensis, de gestis Fridericilib. II. cap. XVI: *Ferunt quodam die, lapidem vi tormenti ex ballistâ, quā modō Margam vulgo dicere solent, propulsum ad superiora loca*

loca consendisse. Aio verò legendum, *Mangam*: & benè illīc nota-  
tur *Ballistam* olim dictam. Radeuicus de gestis eiusdem Princi-  
pis, lib. II. cap. XLVII. *Tormenta quæ vulgò Mangas vocant*. Mansit  
hīc sincera vox, non item in Othonē alio, qui Appendicem Fri-  
singensi subiunxit, cap. XVI. *Mediolanum denuò obsidione cingitur*,  
ac diuersis magnis totā industria oppugnatur. Puto verius, *mangis* fo-  
re. Sed & *Manganella*, *Manganalia*, *Mangatella*, in auorū aut pro-  
auorum historiis legimus: quarum studiosum virum vicinum,  
*Lipsi*, habemus *Egydium Ruytum*, qui talia quædam exempla  
in Leodicensium Chronicis adnotauit. Turpinus etiam Caroli  
Magni. xuo, in cap. IX. *Aptatis iuxta murum petrariis, & mangatellis, & trois*: nec quisquam putauerit, nomine inductus, *Mantelletos* seu *Mantellos* nostros (Vinearum genus est) intellegi: erra-  
bit. In Chronico quodam Leodicensi exstat: *Episcopus misit Leo-* <sup>Anno</sup>  
*dium māgonalia, seu fustibula, siue tribuceta, vel arietes aut sues, vineas,* <sup>1313.</sup>  
*biblias petrarias, siue cattos versatiles, nescio quæ ex his ingenii, in si-*  
*gnum quod intendebat castra solo æquare*. In alio: *Bibliam petrariam,* <sup>Anno</sup>  
*& cetera bellica instrumenta*. Ex quibus dixeris *Biblias* quoque, hoc  
genus appellatum. BILL. Plūscula in prioribus iis verbis nomi-  
na, satis mihi noua: & quæ *Tribuceta?* FVR. Ingenuè nescio: tu  
*Lipsi* doces? LIPS. Ego quoque ingenuè, nescio. An ad illud acce-  
dit, quod *Trybock* (voce haud nimis diuertēte) Germani dicunt?  
Ita enim in Fragmento quodam Germanicæ historiæ: *Anno Do-*  
*mini MCCXII. Otto Imperator ab Apulia &c/ Italia reuersus, obsecit o-*  
*pidum VVitense, quod similiter expugnauit vsq; ad arcem. Ibi tunc pri-*  
*mùm cœpit haberi vsus instrumenti bellici, quod vulgò Trybock appelle-*  
*lari solet*. Neque scio an Gallorum non etiam vox sit, quibus in-  
strumenta aut machinulæ suspensem & lapsiles, *Trebuchetz* appellantur.  
Lego & in aliis Chronicis \* *springalles*, tali aliquo sensu. \* In Leo-  
dicensi, L'Enesque  
Sed quid ista ad veterem historiam? nec diuertamus. BILL. Imò *Troijæ* fit faire des  
engens &  
magonals  
& sprin-  
galles.  
in Turpini suprà verbis? LIPS. Dicam quod rideas. an non *Sues*,  
quæ in Chronico dicuntur, quando Gallica ea vox sic respon-  
det? Fuerit instrumentum, quo muros fodiebant & deruebant,  
vt terram sus rostro. LAMPS. Imò *Sues* in Britannicis alibi Chro-  
nicis, pro *Vineis* videor legisse. LIPS. Et ego, sed obscurè memi-  
ni. Itaque serio tibi dicam, serio hæc nescio, nec nimis inquisiui,

\* P. Py-  
thæus edi-  
dit.

non item quid *Clite*, in \* vitâ vetustâ Caroli Magni: *Præparaue-*  
*runt Clitas*, ad debellandum prae virtute castrum. Ne hæreamus: tu  
Furi perge. FVR. Talia igitur & plura nomina, in nouellis histo-  
riis: atq; in eisdem *Petrariae*, haud absurdâ voce, & quæ exprimat  
Græcorum περισσόλου. In vitâ Caroli Magni iam citatâ: *Petrarias*,  
quas parauerunt, in suo plus damno senserunt, quam illi de castro. In  
Paulo Diacono, de gestis Longobard.lib.v. *Iussu imperatoris caput*  
*eius abscisum est*, atque cum belli machinâ, quam *Petrariam* vocant, in  
vrbem proiectum est. Ex quo videre est, his talibus machinis alia  
etiam quædam in vrbem proiecta, quam lapides & saxa. Exe-  
plum haud dubiè à Fundis est: & vt illis minores lapides, ita istis  
grandiores repertum proiectare. Iaciebant autem vulgo, & Mi-  
noribus ballistis, lapides ferè centenûm pondo: atque eo sensu Lu-  
cillio, ipsa *Ballista centenaria* dicitur, in Nonio: Quid sit *ballista*  
*iactas centenarias*. Est enim idem ille sermò, qui antè notatus, ca-  
tapultas tricubitales esse. Sic Sifenna, in eodem Nonio: *Ballistas*  
*quattuor, talentarias*. Græcè ille maluit dicere, quam *centenarias*:  
quia talentum etiam paullò \* plus in pondere habet. At maiori-  
bus, amplius iaciebant, & vel talenta tria. Sic in Diodori xx. De-  
metrius in Helepolim suam eis hæc περισσόλην παντοῖς, ὡς ὁ μέγιστος  
Ξεπάλευτοι: intulit varias *Petrarias*, quarum maxima trium talento-  
rum erant. In Athençi v. de Hieronis regis naue, cui faber Archi-  
medes: Τεῖχος δὲ ἐπάλξεις ἔχον, Καταστρώματα δέ τε τοῖς θηριαῖς βάσιν, κα-  
τεστιβάσιο, εφ' ἀλιστέλοις ἐφεσίναι. Ξεπάλευτοι λίθον ἀφ' αὐτῆς ἀφεῖς, νεὶ δὲ σε-  
κάπηχ βέλος. ἐντεργον δὲ τοῦ βελῶν ἔβαλλεν θηριαῖς σάδιον: *Murulus* siue lori-  
ca, *et* tabulata super fulcris *et* sustentaculis, edificata erant. In iis Pe-  
traria, quæ lapidem trium talentorum emitteret, *et* bastam duodecim  
cubitorum. utrumq; autem istud, ad stadij longitudinem. Ac Vitruvius  
quoque hunc videtur habere, quasi sumimum proderis modum,  
lib.x.cap.vlt. vbi de Helepoli scribit: ita eam ciliciis *et* coriis crudis  
confirmatam, ut posset pati plagæ lapidis ballista immissi pondo **CCCLX.**  
Sunt enim ea tria Talenta; quæ singula Vitruvio pendunt pon-  
do c x x. Nostra ista fulminea hodie, non capiunt aut perue-  
hunt hoc pondus. Ex his facile discere, & vim igitur magnam  
Tortento huic fuisse: quam Lucanus sic expressit, lib. III.

*At saxum quoties ingenti verberis ictu  
Excuditur, qualis rupes quam vertice montis*

*Abcidit*

\* Nempe  
cxx. producto.

*Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas,  
Frangit cuncta ruens : nec tantum corpora pressa  
Exanimat, totos cum sanguine dissipat artus.*

Ita profecto est grande hoc pondus non contundebat solùm, sed diffingebat omnia & disiiciebat. Hegesippus libro IIII. cap. XII.

*Alij telis, alijs ballistis hostem vrgbant. Tanta autem erat huius tormenti vis quo saxa in hostem iaciebantur, vt percussus unus ex sociis Iosephi, qui propter adstantem, cōminuto capite rueret, & occipitum eius usque ad tertium stadium excuteretur. Mulier quoque alio grauis, percussa vterum, supra dimidium stadii de intimā sede genitalis secreti excutere infantem. Hæc ita Latinus ille, è Iosepho, vt solet, transscripsit: qui ipse & alibi auctor violentiæ huius teli. In libro VI. Excidij scribit: Ταλαιπωιοι μὴ οἵτε οἱ βαλλόφρους ἀσέροι, δύο δὲ & πλεῖον αὐθεούσιοι, οὐ πληγὴ δέ, & τοῖς περιεντυχέσι μένον, οὐδὲ πολὺ δέ οὐ τὰς μετ' ἐνείρες, οὐδὲ αὐτούσιαν. Talenti pondere erant lapides qui mittebantur, duo autem amplius stadia peruadebant. Ipse ictus, non iis modo quibus primis incidebat, sed & longè retrorsumstantibus, erat intolerabilis. Quæ certa & vera sunt: nec scio cur interpres hoc loco, velut diffidens & corrigens verterit de uno stadio, nō duobus. At prior ille locus nōne de tertio etiam affirmat? LIPS. Credimus. nam & nostra hodie Tormenta ad mille passus permeant, imò vltra. Iouius adserit *Colubrina* (sic appellat) inuentā in arce Tolone à Ferdinando Daualo; que in Ischianā arce postea collocata, nauigia ab accessu, vel in triginta stadiorum distantiā deterreret. FVR. Multum est, ipse viderit: sed ad Vide No- nostra. Non rotundos solūm lapides istis iaciebant: sed enormes tas.*

& Sepulchrales: quibus scilicet domos & ædificia confringerent, & quidquid incidissent. Reperio & equorum hominumque cadavera iacta, stercora fætoresq; alios, item plura, quorum partim in Chronico nostræ vrbis sic scripta: Leodicenses castrum de Argenteal fortiter impugnare cœperunt, iactis lapidibus magnis cum mägona-libus, & fuso metallo in vasculis terreis, ferroq; candēti proiecto, tandem stercoribus etiam iniectis. Nec verò ista solūm, sed & plūbeos globos emissos lego: quid nisi nouello isto pænè ritu, quo ferrei? Appianus in Mithridatico id clare dicit: Οὐ πόλεις εἰς ηγετικούς αὐτοῖς οὐδὲ μολιθίας βαρυτάτας, αφίενται, ἔπειτε πολλά τε, η τὸ πύργον Αρχελαοῦ γετέσιον & δυσάρμοσον εποίησε: quod Sulla ex Catapultis ad viginti simul, plūbeos graues globosemisit; multosq; interemit, & turrim Arche-

Vide No.  
tas.

*lai concusſit & planè vitianuit. Quæ verba non ſic capienda, meo iudicio (et ſi fecit interpres) quaſi viginti globi ex vnâ machinâ ſimul emiſſi; id nō facile potuit: ſed quòd affiduè viginti Balliſtae (ipſe Catapultaſ appellat, & nō tetur) ſimul iacerent & oppugnarent. Sane ingeminasse vel vnaīn crebros iectus, non ambigimus. & Hispaniæ Chronicis notatur: Balliſtam magnitudine eximiā Oſcā allatam, ad arcis cuiusdam expugnationem. quæ noctu ingenia ſaxa quingenta iaceret; de die ad mille. Discimus autē ex iſtis, & muros ſiue turres concurti iis ſolere: quod plura etiam firmant exempla. Ouidij: Quām graue balliſtae mœnia pulsat onus.*

Seneca in Thyefe:

*Admotis nihil eft opus  
Urbes ſternere machinis,  
Longè ſaxa rotantibus.*

Eiusdem in Hippolyto:

*Nec torta clauſas fregerat ſaxo graui  
Balliſta portas.*

Statij, in v. — quo turbine bellica quondam  
*Librati ſaliunt portarum in clauiſtra molares.*

Diodori xx. Toū d' περιοέλουετάς τε μηχανάς ἢ δ' πολεμίαν, καὶ τὸ δέῃ̄ χωματός τειχός τῇρδ' δίεσιος, τῇρδ' δὲ κατέβαλεν, αὐθανές οὐ πάρχοντες ταπενούμενοις τοῖς καυεσίς: Petrariis & machinas hostium, & murū qui in aggere, partim cōcussit, partim deiecit, ut qui murus illis tēporibus debilis & humiliſ adhuc eſſet. Quā extreimā additione ostendit, in validū aliquē forteinq; murū parūm Balliſtas potuiffe. quod ratio etiam vult: & idē Diodorus adhibet alibi eas quidē ad pinnas & propugnacula detergenda, arietes verò ad ipſos muros deruendos. In eodē xx. Tὰς ἵπαλξεις ποδὸς & πέπουρας τοὺς περιοέλους, τὰ τειχόν δὲ δίεσιος τοῖς καυεσίς. Videco autē & in pugnā interdū iis vſos. vt Tacitus in III. Hist. ſuggerit: Magnitudine eximiā quintadecima legionis balliſta, ingentibus ſaxis hoſtilem aciem proruebat: lateque cladem intuliffet, niſi duo milites praeclarū facinus auiſi, vincula ac libramenta tormentorum abſcidiffent.

\* An tor-  
mēto: nam  
de vno res.

Ibidē quoque. Vitelliani tormenta in aggerem vi.e cōtulerant, ut tela vacuo atq; aperto excuterentur. Atq; hēc ſuper vi aut vſū Balliſtae dixerim. BILL. Nobis quidem miranda. Quæ tormenta noſtra pōndus hoc iaciant tot libraruim? nam ruminor quæ dixisti. Sed an ex fide? FVR. Si fides in yllā memoriā priſcā, in hac eſt: & con- firmant

firman<sup>t</sup> Annales paullò antiquiores. quia nuper denique & auro-  
rum æuo desiimus iis vti. Sed enim de Formâ etiam videamus,  
quæ intricatior est, et si vbertim satis Ammiano sic descripta, lib.  
xxiii. Scorpionis, quem appellant nunc Onagrum, huiusmodi forma est.  
Dolantur axes duo quernei vel elicei, curuanturq; mediocriter, vt pro-  
minere videantur in gibbas: hiq; in modum ferratoriae machinæ conne-  
ctuntur, ex vtroque latere patentius perforati: quos inter, per cœurnas  
funes colligantur robusti, compagem ne dissiliat continentes. Ab hac me-  
diatate restium filius ex surgens obliquus, & in modum temonis iugalis  
erectus, ita neruorum modulis implicatur, vt altius tolli posse & incli-  
nari: summitatique eius vnci ferrei copulantur, è quibus pèdet stuprèa  
vel ferrea funda. cui ligno fulcimentum prosternitur ingens cilicium, pa-  
leis confertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum super co-  
gestos cespites, vel latericos aggeres. Nam muro saxeо huiusmodi moles  
imposita, disiectat quidquid inuenierit subter, concusione violentâ, non  
pondere. Cùm igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo  
fundæ imposito, quaterni altrinsecus iuvenes, repagula, quibus incorpo-  
rati sunt funes, explicantes, retrorsus filium penes vncinum inclinant.  
itaque demum sublimis adstant magister, claustrum, quod totius operis  
continet vincula, reserat malleo forti percussum. Vnde absolutus iectu  
volucri filius, & mollitudine offensus cilicij, saxum cōtorquet, quidquid  
incurrerit collisurum. Et Tormentum quidē appellatur, quod ex eo om-  
nis explicatio torquetur: Scorpio autē, quoniam aculeum de super habet  
erectus. cui etiam Onagi vocabulum indidit actas nouella, eā re quod a-  
simi feri cùm venatibus agitantur, ita emiūs lapides calcitrando post  
terga emittunt, vt perforen peccora sequentium, aut diffractionis ossibus  
capita ipsa dissipodant. Istēc Ammianus. è quibus formam aliquam  
& fabricam effingere, haud planè difficile, si quis erit in eā curâ.  
In Vitruvio pariter descriptio, sed profecto non conformis (pro  
méo captu:) nec ambigo, quin cum æuo alia & alia reperta. Sed  
mihi duo adnotanda in totâ hac paraturâ, de Neruis & Fundâ. Et  
Neruos quidem ad omnia hęc tormenta maximè requirebat, se-  
cundò, Capillos, si copia eorum nō esset. In Vegetio gradus & bo-  
nitas sic expressa, lib. iv. cap. ix. Neruorum quoque copiam summo  
studio expedit colligi, quia onagri vel ballistæ, ceteraq; tormenta nihil pro-  
sunt, nisi funibus neruinis intenta. Equorum tamen setæ de caudis ac iu-  
bis ad ballistas utiles afferuntur. Indubitanter verò, & crines fâmi-

Vide No-  
tas.

narum in eiusmodi tormentis non minorem habere virtutem, Romanæ scilicet necessitatis experimento cognoscitur. Nam in obſidione Capitoli, cùm nerorum copia defecisset, matronæ abſcisos crines ſuos viris obtulerunt. Et neruos ſanè primo loco approbat. vt & Vitruuius: *E*neruo, capilloque tortis rudentibus. Ut Polybius, inter apparatus bellicos, libro I V. Τειχός είργασμένης τάλαντα ἔσανσια, νέορων είργασμένων ἑπτὸν τάλαντο: capilli elaborati aut facti talenta trecenta, nerorum factorum talenta centum. Quia plus pretij in neruis, quam capillis, ideo pauciora eorum pondo. L I P S. Recte dicas, & suggero ab Herone cap. xviii. expreſſum, qui nerui eligendi. *E*x animalibus, inquit, robustioribus & quamplurimum exercitatis. vt cerui quidem, ex iis qui in cruribus pedibusque; tauri, qui in humero ſunt. Hoc valui, nunc perge. F v R. Proxiimi igitur à Neruis Capilli, iique ex equis, vt Vegetius notat: ſed maximè muliebribus, vt cum illo plerique. Vitruuius: *C*ontenduntur capillo maximè muliebri. Ctesibius, ex quo video citari: Οὐ δὲ τόν Κύρον τειχῶν γένετο γυναικεῖον. οὐδὲ γὰρ λεπτού τε ξυστού ημεραι, οὐ πολλῷ ἐλαφροῦ τεραπεύσατο, διατανάσι, οὐτοίαν πολλὴν λαμβάνουσι, οὐτε μὴ απάδειν τὸ σῆμα τοῦ νέορων ιχύον. Funis etiam ex capillo conſit muliebri. Ille enim cùm tenuis ſit, longus, multo oleo perfunſus; cùm plectunt, vires & intentionem validam accipit, vt nec diſſonet multum à robore nerorum. L I P S. Ipsi totidem pænè verba in Herone, qui ex Ctesibio deſcripſerit, memini obſeruare. F v R. Historiæ etiam paſſim de hoc capillo. vt Appiani de Carthaginensibus obſeffis: Εἴ δὲ τὰς καταπλήσιαν αποτελεσθε τοις γυναικας, ξιχῶν ἐτέχον θυσεῖς. Ad catapultarum intentiones raserunt feminas, aliorum crinium inopid. Strabo de hoc ipſo facto, lib. xvii. Τρίχα δὲ τῆς καταπλήσιας δερπιναν παρέχει: *C*apillum tormentis ancilla prebuerunt: ſed ad ancillas tamen reſtringit. Salonenſes, apud Cæſarem III. Ciuil. præfectis omnium mulierum crinibus, tormenta effecerunt. Aquileienſes, apud Capitolineum in Maximinis, Funes de capillis mulierum fecerunt, cùm nerui ad emittendis sagittas deſſent. Et de Romanis, ſuprā Vegetius. quod ipſum Capitolinus rettulit, & Veneri caluae, ob hanc memoriam, templum vult ſtruſtum. Sed alterum, quod dicturiebam, de Fundâ eſt. quæ in Ballistâ ſive Scorpione ponitur ab Ammiano, ſtupea aut ferrea fuiffe. Cui fini? receptaculum ſcilicet lapidis, & in quâ firmaretur Ammianus xix. Per ſcorponum ferreas fundas, rotundi lapides ſubinde iacti.

## DIALOG. IV.

*Scorpiones quid, & quo telo?*

**P**E REGI, & te editorem, Lipsi, adspicio: ecquid mittis? **LIPS.** Ego editor? bellè. qui ipse depugnaui, & exercitus sum plus satis. Sed tamen si sim; nec mittam quidem, numeris nondum impletis. **FVR.** Omnibus, & largiter, aut fallor. **LIPS.** *Scorpiones* ubi sunt, vicini & adsimiles istis, adeò ut Aiminianus misceat, & *Ballistam* (à te dictum) sic appellet? **FVR.** Si miscet, bene est: per me sic sunto, non disiungo. **LIPS.** Atqui debent Furi, debent: hoc age. A Catapultis primū Hirtius abiungit, in bello Africo: *Cæsar in castris Scorpionum, Catapultarum, magnā vim habebat.* Ille idem à Ballistis: *Ballistis, Scorpionibusq; crebris, ante frontem castrorum collocatis.* Seneca Quæst. Nat. II. cap. XVI. *Nam Balliste quoque, & Scorpiones, tela cum sono expellunt.* Denique Liuius ab vtrisque. **xxvi.** *Catapultas & Ballistas Carthagine Nouâ inuentas numerat, & tum addit: Scorpionum maiorū minorumque, & armorum telorumq;, ingens numerus.* Idem paullò pòst: *Scorpiones maiores minoresq;, ad LX. captos scripserim, si auctorem Grecum sequar Silenum: si Valerium Antiatem, maiorum scorpionū sex millia, minorum tredecim millia.* Sed prior numerus LX. falsus videtur, & nimis ab illo abire Antiatis. Etsi enim hīc & alibi auctorein istū elationis & vanitatis arguit: quis tamen credat sic insatiè mentitum? & è *sexaginta tantū, tot illa millia fecisse?* Fuerit, v. ∞. id est, *quinque millia;* aut etiam IX. ∞. numeris nō insolenter corruptis. Sed tu, Furi, palam discriben vides, edissere. **FVR.** Te loqui decebat, ac vides istos magis erectos: quid me? pendeo à tuo ore. **LIPS.** Dic, dic: apud nouercā verba fundis. **FVR.** Paucis, quia pauca hīc scio. Describit Tertullianus initio libri, quē de hoc nomine inscripsit: *Bellicam machinam, et retractu tela vegetantem, de Scropio nominat.* *Id spiculum & fistula est, patulā tenuitate in vulnus & virus, quā figit, effundit.* Significat clarē, & mucronem, & ad eum canaliculum fuisse, qui infunderet venenum. Alij non dicunt. sed Vegetius ita de eo: *Scorpiones dicebant, quas nunc Manuballistas.* ideò sic vocati, quod paruis subtilibusq; spiculis mortem inferant. Parua tamen, adeò fuisse spicula, præsertim in Maioribus, haud dicam: cum in Cæsare legam, *Quidam ante opidi portam Gallus, scorpione ab la-*

<sup>\* Forte  
operis  
• Forte  
opera,</sup> ab latere dextro traiectus exanimatusq; concidit. In Hirtio: Scorpione accuratius missus, Decurio percutitur, & ad portam Decumanam defigitur. Cum traxi iis homines, cum Defigi dicant: certè nō nimis iij pueri. Ex Vitruvio tamen certum haud sic immanes fuisse: & cum Machinam ab Organo distinguit(lib. x. cap. i.) Machinas pluribus operibus ait effectus habere, ut Ballistas aut torcularium præla: Organæ autē vnius opere, prudenti tactu perficere quod propositum est, vti Scorpionis & anisocyclorum versationes. Ergo vir vnuis dirigebat, & vtebatur. Polybius in obsidione Syracusarum à Marcello, facit Archimedem cauos palmares in muris disposuisse, iisque sagittarios & scorpunculos (τὰ σκορπίδια) apposuisse. Liuius in eadem re, & ex eo sumens, cauos cubitales fecit: o neglegentiam aut παρέγνω! cum ille παλαιστία clare scripsisset. Plutarchus in Marcello, de his suis dicit, σκορπίς βεβητόνες: breui tensione scorpions. Ut illi ergo parui, sic proportione & foramina illa ac caui. In Sisennæ fragimeto apud Nonium est: Longius scorpions catapultas concitat. Legendū: Longius scorpio catapultas se concitat. Et plura dicere prohibeo, non ignorantia sed imperitiā; iterum missionem peto, aut ipse mihi dono.

## DIALOG. V.

Muri veterum cuiusmodi? seorsim tū Gallorum.

LIPS. Videtis hunc Arenarium, planè ad legem? ipse Rudolphus sibi donat. O si meum hīc merum imperium! aut si plura etiam dicenda? sed video finem, & de Tormentis ad assem credo expunctum. BILL. Haud negito, tamen aliquid etiam reliqui video, si plenè & firmiter vis Tormentorum est noscenda. FVR. Et tu quoque telum mihi iniicies? BILL. Imò munimentum in omnia tela: Muros opidorū suggero, & velim describi. Hos enim quatiebant aut diruebant Arietes illi & Ballistæ: hos sub Musculis aut Vineis deruebant: & nesciemus quo robore iij aut viribus? Caligat omnis Machinalis & Oppugnatoria ista res: nisi hæc illustratur. LIPS. Tecum censeo sciscoque: sed hoc amplius, Furium istum meritò dicere, qui dictorum omnium caussa. Caput sermone struxit, adstruat & hunc pedem. FVR. Quod Oranius nec Græcè ausus, ego Latinè & Romanè dico, Lipsi es malus. Sed nihil tamen tua argutia: nec enim adhuc finis, Tela restant. LIPS. Fortasse te & illa yelle addere? Si sapis, hoc deprovera,

pera, ne & alterum onus accedat. FvR. Fiat. nam isti, vt video, peramici sunt, quod tu vis volūt. Muri igitur veterum (de Vallo à Lipsio dictum) validi & operosi fuerūt: & vt distinctè ac propriè dicam, Firmi, Magni, Altii. De Firmitate primùm, Vegetius lib. IV. *Murus vt numquā posſit elidi, hac ratione perficitur. Interuallo pedum vicenūm interposito, duo intrinsecus parietes aedificantur: deinde terra, quæ de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur, vestibusq; defatur. ita vt à muro primus paries parùm inferior. secundus longè minor ducatur. vt de plano ciuitatis, ad similitudinem graduum, quasi cliuo, molliusq; ad propugnacula possit ascendi.* Quia nec murus ullis potest Arietibus concuti, quem terra cōfirmat; & quo quis casu destruetis lapidibus, ea quæ inter parietes densata fuerit, ad muri vicem ingruentibus moles obſistit. Vegetij munitio satis firma, negari non potest, etiā in hodierna ista fulmina: sed magis paullò illa Vitruuij, lib. I. cap. V. *Interiore parte subtractionis, fundamentum, distans ab exteriore introrsus amplissimo, constituendum est: ita uti cohortes possint, quæ admodum in acie, instructæ ad defendendum supra latitudinem aggeris consistere. Cū autem fundamenta ita distantia inter se fuerint constituta, tunc inter se alia transuersa, coniuncta exteriori & interiori fundamento, pectinatum disposita, quæ admodum serræ dentes solent esse, collocantur. Hæc, dico, structura firmior, & valide vi tormentorū repellendæ, pro meo quidem sensu. Iam quòd Magni & Altii, ab exemplis aliquot videamus. Appianus scribit, in Mithridatico: Pyræi muros Athenis (Periclis opus) altitudine fuisse quadraginta circiter cubitorū, siue pedū sexaginta, saxo quadrato exstructos. Thucydides in I. de iisdē: Latitudine fuisse tantā, vt duo currus iuncti inter se, vel obiij, per murum transirent. introrsus autem, neque cementum neque lumen interpositū, sed iunctos & coagmentatos grandes lapides, qui sc̄tē quadratiq; essent, eorumq; exteriora ferro & plumbo reuincta. In quibus ultimis notare est, grādes lapides, pro more illo, in opera hęc iniunctos; & contra Arietes, ne extrahi possent, ferro aut ære nexos. Dio Cassius in Seuero, Byzāti veteris muros fuisse firmissimos, quorum frons exterior grandibus lapidibus constructa, qui crassi quadrato pedes erant, lato ferro aut ære inter se vinclati. Nota crassitatem lapidum, quos quadratos fuisse certum est, & vndique pares. Herodianus lib. IIII. de eodem isto opido: *Murus Milesio quadrato lapide exstructus, adeò tenui & inconspicua iunctura, vt nemini compositum**

*opus, sed ex uno perpetuoque lapide videretur. Et addit, nunc quoque reliquias cum miraculo conspicere, vel artis eorum ingenioque, qui primi struxerint, vel roboris eorum, qui deiecerint. Nota hic & alibi coagmen-  
ta subtilia, ad excludendum scilicet Arietis acumen. Sed de ferro,  
est & in Iosepho, atque Hegesippo (lib. v. cap. xi.) pleraque murorum  
Hierosolymis, ferro aut ære operata fuisse: pro mente scilicet iam di-  
ctæ. Atqui Altos etiam cur sic volebant? nam nos hodie despici-  
mus. Causa ipsis proba, & contra turrem, machinasque ligneas ad  
adscésum. Nam muri quādiu super eas, tūti erant ab hac perua-  
sione. Firmi igitur, contra Arietes, alti, contrā Turres. Tangit scri-  
ptor Panegyrici, ad Maximianum: *Quenam vñquam mirabimur  
valla castrorum, post hoc nouum in mari vallum? quid erit mirum, si qua-  
murorum aut Arieti non cesserit FIRMITAS, aut machinas despexerit  
ALTITUDO?* Quam altitudinem & Seneca inter laudes murales  
habet, in Epistolis: *Multi inueniuntur, qui igne inferant urbibus, qui  
inexpugnabilia faculis & per aliquot ætates tutæ prosteruant, qui æquis  
arcibus Aggerem attollant, & muros in miram altitudinem adductos,*  
*Arietibus ac machinis quassent.* Imò & maiores nostri Galli sic stru-  
xerunt, aut certè in Galliâ ipsâ Romani. Omitto alia. sed Aimo-  
nus refert, murum Diuisionis castri adficatum lapidibus quadratis,  
de super minores superpositos habentem, in altitudine pedum triginta, in  
latitudinem pedum quindecim: idque ab Aureliano Imp. nec tamen  
opidi appellatione dignatum. Vbi autem hodie tales muri? quia  
nos, vt dixi, contēnimus: & meritò fortasse ob nouitium hoc ful-  
men, quod edita magis quassat. Sed non illud etiam despiciimus  
(quod inter artes munitionum habemus) flexus & sinus in muris  
facere, vt pateat ad iectus accedens hostis. Id enim à veteribus. &  
Vegetius prodit: *Ambitum muri directum veteres duci noluerunt, ne  
ad iectus Arietum esset dispositus, sed sinuosis anfractibus clausere urbes.*  
propterea, quia si quis ad murum tali ordinatione cōstrūtum vel scalas,  
vel machinas, voluerit admouere; non solum à fronte, sed etiam à lateri-  
bus (et) propè à tergo, veluti in sinum circumclusus, opprimitur. Obser-  
uesque, non solum Turres prominuisse ad hunc finem & propu-  
gnacula, sed ipsos muros sic sinuosè factos. Tacitus de Hieroso-  
lymis: *Duos colles immensum editos, clauerant muri per artē obliqui,  
aut introrsus sinuati, vt latera oppugnatium ad iectus paterent.* Ea mēte  
& Ammianus, xx. *Virtha, munimentum in extremo Mesopotamiae si-  
tum,**

tum, sed muris velut sinuosis circumdateum & cornuis, instructioneque  
 variâ inaccessum. Nec verò hæc tantum, sed & ~~ad~~ rei ~~ad~~ quædam  
 habuere, siue Antemuralia. vt in Isidoro: Promurale, eò quod sit  
 pro munitione muri: est enim murus proximus ante murum. Ammia-  
 nus XXI. Erū pentibus recursus ad mœnia tutior, vallumq; antemura-  
 num cespitibus fultū, insidiantes ab omni discrimine defendebat. Quod  
 credo fuisse quasi Loriculam, ante præcipuum murum ductam.  
 Sed enim uero, non solum loriculæ istæ, sed veri magniç; muri  
 plures ducti, vt uno diruto aut capto, alter & alter supererent.  
 Lubet exempla duo dare splendoris atque operis prisca: ad quæ  
 nescio an alia ætas adspirauit, aut & dicam, adspirabit. Prius ex  
 Appiano, de Carthaginæ, quæ à Romanis capta & diruta. Mu-  
 rum ait fuisse triplicem. quorum quisq; altus triginta cubitos esset, abs-  
 que loriciis & turribus. Quæ turre ducentorum pedum spatio inter se  
 distabant, & quattuor contignationes singulæ habebant. Ipsi muri for-  
 nicati, & capaces: & dupli quasi contignatione facti. in quorum parte  
 imâ elephanti trecenti stabulari poterant, & adiunctæ iis cellæ ac re-  
 positoria ad cibos: super eos, quater mille equi, item cum receptaculis pa-  
 buli hordeique. Viris ipsis ibidem diuersoria & habitacula, peditibus  
 viginti mille, equitibus quattuor mille. Atque hic bellicos apparatus  
 & instructus, in solis mœnibus erat. Hæc ille. nec negari potest, hoc  
 de equitibus & peditibus, ipsisq; equis, magnificu & cōmodum  
 pariter fuisse. Alterū ex Iosepho, de Hierosolymis, superbâ &  
 validâ vrbiū, quas historiæ celebrarint. Nā vana aut ignota, haud  
 moramur. De eâ Tacitus breuiter: Vrbem arduam situ opera molesq;  
 firmauerant, quis vel plana sat is munirentur. Nam duos colles immen-  
 sum editos, cladebant muri per artem obliqui, & turre, vbi mōs iu-  
 isset, in sexaginta pedes; inter deuexa, in centenos vicenosq; attollebā-  
 tur, mirâ specie & procul intuentibus pares. Quorum sententia est,  
 Turres vbi mons esset, in sexaginta pedes elatas; vbi vallis, in cen-  
 tenos aut & vicenos: sic. vt altitudo inter se omnium respôderet, &  
 æqua videretur. Sed munimēta hæc diffusè & pulchrè Iosephus  
 exsequitur lib. vi. è quo libabo, & decerpam. Murus triplex erat:  
 exterior, altus viginti cubitos, lorica eius ternos, pinna binos. In totum \* Panè fidè  
 superat. viginti quinque. Lapides in eo plerique \* viginti cubitos longi, & decē qua manu  
 lati. In muris Turres erant, quæ super ipsos eminebant cubitis viginti: aut machi-  
 atque eadem erat latitudo. Hæc omnia solida, & iisdē lapidibus, quibus xit? Infrā  
 iterat.

muri, struēta. At super hanc turrium altitudinem, cubicula & canacula erant, & cisterna, & lati ad hęc omnia gra dus. Eiusmodi turres erant in eo muro nonaginta: interualla autem, \* cubiti ducenti inter singulas.

\* Adde  
Turres, &  
Portas: sic  
ambitus  
circiter sex  
miliarium

Sed admirabiles in primis erant turres quattuor, quas Herodes aedifica-  
uerat. Psephina vna dicta, quae septuaginta cubitis eminebat: & ex qua,  
sole orto, Arabia prospici poterat, & ipsum mare. Ostangula struēta erat.

Huic ex aduerso Hippicos, dicta de nomine cuiusdā amici regis, & iuxta Phaselos, & Mariamne, illa in fratri, hęc in coniugis memoriam & no-  
men dedicata. Hęc magnitudine, pulchritudine, firmitate, omnibus que

\* Notetur.  
Atq; ita tota altitudo, cubiti octoginta. Tertia, Phaselos: lata ac lōga fuit  
equaliter, cubitos quadraginta. Totidem cubitorum, densa & solida eius  
altitudo. Super eam porticus ambibat, alta decē cubitos, loricis & propu-  
gnaculis instructa. inq; eā mediā, turris alia assurgebat, in membra magni-  
fica & balneū diuisa: ut nihil à Regi pānē differret. Suprema eius lo-  
ricis & pinnis, sicut ipsa porticus, ornata. Tota altitudo, cubiti nonagin-  
ta. & referebat specie turrim, quae Pharos dicitur, & appāret Alexandriam nauigantibus. Quarta, Mariamne. viginti cubitis scida fuit, to-  
idem lata & lōga. Supernam autem aedificationem longe magnificentio-

\* Herode  
rem & distinētiorem aliis habebat; decorū censente \* rege, vt ea quae ab  
vxore & feminā diceretur, ornatiōr cōptiorq; virilibus illis esset. Huius  
altitudo omnis, quinquaginta quinque cubiti. Sed altiores etiā multo vi-  
debantur omnes hęc turres, ob loci sitū. Nam murus ipse in quo erant, in  
colle fuerat cōditus: atq; is collis eminebat ad cubitos triginta. Mirabilis  
& lapidum moles. Non enim ex latere vulgari, aut saxis quae homines  
ferrent, struēta erant, sed è candido marmore: quodq; saxum viginti cu-  
bitis longum, decem latum, quinque altum. Ita autē iuncta erant, vt vñū  
saxū omnia viderentur, sed manu artificū in angulos & figurās diuisa.  
Hęc ita Iosephus, & plura de reliquo opere: quae talia sunt, vt  
mirer hęc publicitus non proponi & pingi, in omnium (quibus  
cor & sensus) admirationem aut voluptatem. At nos vana quæ-  
dā malumus, & prauā viliq; libidine, animum pascere iuuat fal-  
lis.

sis. At enim dicent, Hodie hæc non vsui: dissiliant isti lapides, istæ moles, vno iectu. Esto. sed dabo ab antiquo etiam rude, sed robustum opus, pro suffragio istorum. Muri Gallorum veterum videantur, qui in Cæsare sic descripti, Comment. vii. Gallic.

Muri autem omnes Gallici hac sunt ferè formā: Trabes directæ, perpetuae in longitudinem, paribus interuallis, distantes inter se binos pedes, in solo collo cantur. Exæ reuinciuntur extrorsus, & multo aggere vestiuntur. Ea autem quæ diximus interualla, grandibus in fronte saxis effarciantur. Iis collocatis & coagmentatis, aliis insuper ordo adiicitur, ut idem illud interuallum seruetur, neque inter se contingat trabes, sed paribus intermissæ spatiis, singula singulis saxis interiectis arte cōtineantur. Sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur. Hoc cum in speciem deforme non est, alternis trabibus aut saxis, quæ rectis lineis suos ordines seruant: tum ad utilitatem & defensionē turbiūm suam habet opportunitatem. quod tamen ab incendio lapis, & ab Ariete materia defendit: quæ perpetuis trabibus, pedes quadragenos, plerumque, introrsus reuincta, neque perrumpi neque distrabi potest. Hæc Cæsar, quem per partes lustro. Ait: Trabes directæ, perpetuae, in longitudinem. ] Hoc dicit, trabes directas in solo positas, in longum non in altum: id est, planas iacentesque, & quidē perpetuas solidasque, non è partibus factas, tot pedū. Quod autem sic accipere oporteat, non de ordine trabium recto & alto: verba sequentia mox euincunt, qui opus aggeratum ait, & creuisse, dum iusta muri altitudo expleretur. Atqui si trabes rectæ positæ, iam à principio altitudo iusta fuisset. Hoc firmiter tenendum est, aut à Cæsare abeundum. Ait: Distantes inter se binos pedes, in solo collocantur. ] Hoc interuallum inter singulas trabes, porrectas sic in solo: iterumque tale in aliis & superiectis. Quod ait, collocari in solo, est deponi, nō defigi: & sic in descriptione Musculi. Exæ reuinciuntur extrorsus. ] Libris melioribus adhæremus & scribimus, introrsus. Reuinctio illa sub caudam facta: id est transuersis trabibus series quæque ligata, contra motum, & ne ab Ariete percussæ emouerentur. In quibusdā etiam libris est: Exæ reuinciuntur: sed falsum putamus, nec hīc admittimus. Multo aggere vestiuntur. ] Iniecto inter trabes medias, & stipato. Interualla grandibus in fronte saxis effarciantur. ] Interualla nempe binorū pedum inter trabes singulas. Tanti igitur & ipsi lapides. ut idem illud interuallum seruetur,

neque inter se contingant trabes.] Credo sententiam esse, trabes non directè super infimas, sed ad latera earū super saxa positas fuisse: ut alternatim trabs, aut saxum esset. Hoc ideo, quia & elegantius firmiusq; opus: & quia negat inter se trabes contigisse. Pergit porrò: *Pluribus intermissa spatiis, singula singulis saxis interiectis.*] Sententia eiusdē est, & docet tessellatum quasi opus fuisse. *Ab ariete materia defedit, qua perpetuis trabibus pedes quadragenos.*] Est quod suprà dixit & repetit, introrsus reuinēt as trabes fuisse, ne reuelli aut repercuti de facili ex possent. Sed ait *pedes quadragenos plerumque perpetuas trabes fuisse.* Perpetuas, meo dicto sensu suprà, integras solidasq;: & quidē selectā hac longitudine, ut murus latior esset firmiorq;. At quidam hoc de *quadragenis pedibus*, ad ipsas reuincientes trabes siue fibulas referunt: quod mihi aliter visum. Adnoto autem & inferiori æuo, muros videri ligneos in Galliā fuisse: cùm Sidonius, de vastatione Galliarū scribat, lib. vii. epist. i. *Vidisse se ambustum murorum faciem.* Alibi: *Fuisse inter semiustas murifragilis angustias clausum.* Vnde enim hēc v̄stio, nisi ab igne, & in ligno? Nisi tamen Sudium & Vallorum coronas illas intellegit: quod in medio pono. LIPS. Cùm de Sudibus, memini legere in Suidâ de *Acessâ*: nec satis scire, quō id traham. Verba: Αὐτοσα, Ρωμαϊνός τη μυχάνημε ἐν δειδερούιας τε της ἐρυνόποτα μετασκόνδιομνον. Οἱ δὲ Ρωμαιοὶ ξυνέθεσαν τὴ λειοράτινα Αὐτοσαν τῇ Ρωμαίων φωνῇ. δειδερούσαντες γὰρ αἱ λεπταλνελεφτελέχη, τῇ ξυνθήκῃ κατασφράγουτες, ἀπετείχοσαν, ὡς εὖν, τὸ οἰδένδε πορετῶν τὸ πόλεως: *Acessa, Romana machina, è lignis sectis ad firmitatem exstructum.* Romani (verba scriptoris alterius) eam que *Acessa* ipsorum linguâ dicitur, fabricarunt. Sectis enim lignis, alternatim ealocantes & adequantes, clauerunt obsepteruntq; eā parte aditum urbis. Sanè Romanissat vox, & videtur *Acessa* dicta, quia Accessum aditumq; inunit aut claudit. Quid tamen propriè? nō Hercule Aggestum, ut descriptio hæc est: an *Sudetum?* an magis ad portas talia apponi mōs? In Cesaris i. Ciu. lego: *Aditus atq; itinera duo, que extra urbem ad portum ferebant, maximis defixis trabibus, atq; iis praeacutis, defigit Pompeius.* Frontinus in eadē re: *Quosdam aditūs, qui ad portum ferebant, trabibus transmissis, & in densum ordinē strūctis, ingenti mole tutatus est.* Simile munimentum ad portum Xanthiorum fuisse, Appianus docet in Civilium quinto. Sed vlrā non te teneo. FVR. Nec volo:res & vox mea habent finem.

## DIALOG. VI.

*Qui, & ubi machinas fecerint, tulerintque.*

**L**I P S. Billéhee, & tu noster hodie rex Carondelete, sermonibus istis sit modus: pauca interponenda est, & ut sic dicam, itrigandum. B I L L. Non equidem teneo, & Sol ad meridiem abit: sed vnum breue quæsitum lubido erat inieciisse. Ausim Lipsi? LIPS. Lege dictâ, breue, & vnum. BILL. Non mutabo. De *Machinis & Tormentis* pleraque omnia dicta: nondum à quo quibus re, & ubi ea sunt facta. An in loco sic subito struebant? an domo potius secum, & ex præparato adferebant? LIPS. Duo queris, præter legem datam: sed tu mihi esto vel super legem: dicam. Ad prius, aio, Milites ipsos pleraque fabricasse: sic tamen, ut certi iis mixti, qui fabrilem omnem artem scirent. In Liuio, huic rei, lego: lib. I. Seruium Tullium regem, qui censum instituit, euīndem instituisse duas fabrūm centurias, quæ sine armis stipendia ficerent. datumque munus, ut machinas in bello ferrent. Quæ leuiter tamen suspecta lectio. quid enim ferrent? ipsi sine suis humeris? haud potuit: dixisset, veherent, curarent, aut ad simile verbum, ferrem. Sed profectò legendum ibi potius ficerent: & hoc eorum munus, ut fabricarentur machinas, cùm iis opus. Aduoco Dionysium, qui in ipsâ hac re centurias duas διπλοποιῶν καὶ τεκτόνων facit: id est qui *armorum fabri*, itemq; architecti essent. Hi tales, & postea in exercitu: atque ij scilicet præformabant dirigebantque opera, et si milites quoque vulgo adiutarēt. Cæsar v. Gallicorum, cùm naues subito reficiendæ essent: *ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios arcessit*. Erant igitur per legiones sparsi, atque aliter etiam militabant. His caput vnum, & operibus curator exactorque, qui *Praefectus fabrūm* in historiis crebrò nominatur. Eum Plutarchus alibi εἰς αρχὴν τῆς παχυτέρης appellat. Hi igitur, cum validâ illâ manu militari, subito opera pleraque destinabant, & in loco faciebant. Vsi interdum & prouincialium auxilio, eorumque, ad materiem subuehendam, iumentis. Cæsar II. Ciuil. C. Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni prouincia vocat, vimina materiamque comportari iubet. Sed ferre, ut dixi, ad subuehendū: vix fuit ut inter opera militibus mi-

scerentur. quod autem ad Iumenta, in Plutarchi Sullâ etiam scriptum, cum Athenas ob sideret, & mirifica opera moliretur ad Pyram: *decem millia iugorum mularium habuisse*, quae supportarent ad hunc usum. Sed & in agmine ac viâ horum opera, cum machinas aliquas secum ferrent. Idem Plutarchus in Antonio notat,

\* Numerū ad uerte:  
ergo multe fuerunt. euntem ad bellum Parthicum, secutas in trecentis plaustris ma chinas, idoneas ad urbium oppugnationes. Eodem illo tempore &

Arietem deuexit LXXX. pedes longum, quod illa regio (addit id est scriptor) sterili talium esset, & materiem pusillam ferret. Quâ ipsâ causâ Cæsar iam in Africâ litteras in Siciliam nunciosq; misit, ut crates materiesque congeri posset ad Arietes, cuius inopia in Africâ esset. Ita Hirtius, in illo bello. qui ostendit & antè tormenta, & talia quædam, consultò aduecti: *T tormenta machinasque ex aduexerat secum, ex Siciliâ cum commeatu missæ erant; nouæ in armamentario, multis talium operum artificibus inclusis, fiebant.* Bello etiâ Alexanderino, Cæsar tormenta vndique conquiri, & frumentum mitti iubet. Et ex eo mandato, paullò post, Legio XXXVII. ex dediticiis Pompeianis militibus, cum frumento, armis, telis, tormentis imposita in naues appulit. Quin & Iosephus disertè scribit, Vespasianum in Iudeam venientem, habuisse in agmine suo machinas, tormenta, cunctis expugnandis. Conquiri igitur hæc talia & præparari interdum iamantè solent, aliâs non solent, & in loco, pro copiâ, parari. At ego, ô boni, non diutiùs sedeo; & surgere decretum, etiam si omnes teneatis. ORAN. Decretum? LIPS. Et quidem scimus: scis quidam amem virilem eam effectam. ORAN. Atqui de Telis totum restat. LIPS. Restet, posteâ videro: tu valetudinem hanc nosti? ORAN. Non tam coimmobam hercules, ac vellem. LIPS. Incommodissimam autem, cum fatigatio aut fames accessit: nunc utrumque. LAMPS. Latum tibi hoc scutum valetudinis: sèpè & varie uteris. LIPS. Nisi facerem, non viuerem: ita multi, ut lacum, me & exhaustiunt, & turbant. Sed heus tu file, & surge: & Theocritæum illud accipe, — \* me invictus un ditor' ætus. LAMPS. Sileo, & ne mentiar, — \* Oὐοῦς μὴ δι τέλειο πλησίον, μηδὲ μακράν οὐδὲ βαθύν.

\* *Efurienti  
hauis ob  
niu: esto.*

\* *Hic ani  
mus in me  
sam magis  
nunc im  
minet.*

I. L I P S I  
 POLIORCETICON  
 SIVE  
 DE MACHINIS,  
 TORMENTIS, TELIS,

LIBRI III.

DIALOGI M V SICU

*Coniuinum, & in eo Apri, olim solidi: pluscula in hanc rem dicta.*



D H V C loquebamur, & ecce pueri qui nunciant  
 mensam & cibos nos exspectare. Suspexitus, in ce-  
 naculum iuuius, ducente Carondeleto, qui inquit:  
 Amici, ego h̄ic parari jussi ad illud Comicum,

*Non ampliter, sed munditer coniuinum.*

Rure sumus, & suauēs etiam diuitibus interdum Timoneæ illæ  
 cænæ. B I L L. Non Timoneæ, ne dixeris? sermones & lepores  
 condient: atque ego hanc malo, quām omnem illam nostram  
 aulicam & purpuream vitam. Lauimus, sedimus: Billehei puer  
 adstitit, & ferinam obtulit inclusam, more nostræ gentis, in pa-  
 nem. Suspexitus, & Carondeletus: Tius etiam splendor &  
 munificentia, Billehee, h̄ic nos deprehendit? fruemur, oppor-  
 tunum est donum. B I L L. Exiguum, nec pro splendore illo pri-  
 sco. C A R. Quo prisco? B I L L. Romano, dico. qui non particu-  
 las has apri, sed ipsos totos, sollenniter apponebant. Nōnne ita  
 lēgi Lipsi? vos qui in libris estis, melius hæc scitis. L I P S. Tu  
 quoque, et si dissimulas: cui nullum tantum negotium est (ô lau-  
 dabilem morem!) quod planè abstrahat à lectione. Reficis eā  
 exhaustum actionibus animum, & pabulum hoc scientiæ &  
 prudentiæ ei præbes: Sed de Apro, quod dicitis, ita est: totos so-  
 lidosque apponebant in vnam cænam. Suetonius in parcimo-  
 niâ & sordibus Tiberij Imp. habet, quod dimidiatum aprum ap-  
 ponere, affirmans eadem libere quæ totum. Sed totum ex more  
 oportuit: & ita Iuuenalis,

— quanta est gula, que sibi totos

Ponit apros, animal propter conuiuia natum?

Plinius apertiūs, qui & originem rei ponit: Solidum aprum primus Romanorum in epulis apposuit P. Seruilius Rullus, qui Ciceronis consulatu agrariam legem promulgauit. Tam propinqua origo nunc cottidiana rei est. Et addit, rem cottidianam suo æuo iam fuisse, & in communib[us] etiam epulis usurpatam. Sed hoc magis mirum, quod sequitur: Et hoc Annales notarunt, horum scilicet ad emendationem morum, quibus notata quidem cæna, sed in principio bini pariter ternique mandantur apri. Plures ostendit simul appositos. binos ternosque; & quamquam notata ea cæna & reprehensa sit, tamen factum. Is elici sensus è vulgatâ istâ potest: sed videte ne verior lectio, quibus né totâ quidem cænd. Auxerit factum & indignationem, quòd tot apri nec in totam quidem cænam, sed in partem eius, nec nisi principio apponerentur. Ita rem fuisse, vel ex Seneçâ discamus. qui in epistolâ LXXIX. luxum sui sæculi castigans, & disparitatem vitæ suæ ingerens: Non iacebit in conspectu aper, ut vilis caro, à mensâ relegatus. Ostendit, ostensum modò fuisse, & quasi in pompa illâ mensali traductum, statim sepositum & fastiditum. B I L L. Capiat me emendatio, & Plinij cetera verba inclinant: sed res nonne arcit? Estne credibile, tot apros simul, eosque solidos? & vnde autem in tot cænas parandos? L I P S. Tecum ego hæc miror: sed cum boni fidique auctores assertunt, quid diffidam? In Athenæo lego, conuiuio Carani cuiusdam celebri, illatos apros Erymanthaos, eosque argenteis venabulis transfixos, & in quadratis quibusdam lancibus S I N G V L O S S I N G V L I S CONVIVIIS appositos. Primum Erymanthaos facit, ne exiguos quosdam aut porculos suspicere. tum, venabulis transfixos; quasi non domesticos, sed in silvâ & venatu captos. Postremò, quod ad rem, singulos singulis. Nonne hoc paullo amplius, quam in Plinio binos dumtaxat aut ternos? Certè enim grandis ibi numerus conuiuarum. Iam, ne de Plinij æuo miremur, cum luxuria in pleno suo regno: veteri magis, & sub ciuilia bella, M. Antonius Triumvir, septem aut octo apros in cænam vnam parat. Plutarchus huius rei testem dat & citat, auum suum Lampriam: quem ait ex Philotâ medico sic audisse, qui aurotans. Veni, aiebat Philotas, Alexandriam, cum Antonius

tonius illè cum Cleopatrâ suâ deliciaretur. Audiebam de mensâ, de epulis: *cupo* me subiit coram arbitrandi & videndi. Cùm ergo innotuissem vni cuiquam ex Antonianis coquis, is me in culinam & in ipsam illum officinam ciborum induxit. Vidi cùm alia multa, tum APROS FEROS ASSARI OCTO. Miratus fui, & ad coquum, Ergone hodie tam frequentes conuiua apud Antonium? Ille risit, & o bone, inquit, conuiua non nisi <sup>\*</sup> duodecim erunt: sed quia incertum, quâ ipsâ <sup>\* Qui solennis ferè numerus in pleno triclinio.</sup> horâ cœnaturus Antonius (celerius enim alias, aut tardius: ) id refert, vt apri calidi & in vigore adferantur, atque ideo plures sic assantur. Ecce ingenium gulæ, & iactantiam! & tamen ex illis octo, duos trésve in cœnâ illatos, facile persuademur. Atquin unde habuerint, quæris. BILL. Meritissimò quæro. nec vllæ siluæ Europæ totius fuerint ad cottidianos hos apros. LIPS. Si feros semper & verè siluestres, tecum sentio: sed aliud etiam ingenium gulæ vide. Commenti sunt huic rei apros quosdam rure & in villis habere, quos fætûrâ propagabant, & saginabant deinde ad culinam. De talibus lūuenialis:

*Altilis, & flavi dignus ferro Meleagri,*

*Fumat aper.*

Nota Altilem: atque ibi Scholia stes vetus, *Pasta*, vel *aprugna*. Benè. à pascendo enim, hoc genus *Pastos* vocabant, & carnem ipsam *Pastam*: voce quæ <sup>\*</sup> hodie in ferinâ hac, pane clausâ obtinet, nec peccem fortasse si hinc petam. Martialis:

*E caueâ fugiat ne malè PASTVS aper.*

De hisdem Seneca epistolâ CXI. *Animalia diu PASTA*. & coatta pinguescere, & quæ vix saginam continent suam. Ostendit præpingues fuisse (vt solet id animal, in somni & cibi copiâ) & magni rariique ponderis: imò & *Millarios*, vt appellabant. Idem Seneca, eâdem epistolâ: *Non magnam rem facis, quod viuere sine regio apparatu potes, quod non desideras millarios apros.* Varro de rust. lib. III. *Num pluris nunc tu è villa natos illic verres lanio vendis, quam hic apros millarios Seuis?* Nihil muto, etsi alij macellarios volunt: & tamen auxesim aliquam productionemque agnosco, nec iustè fuisse mille libraturum. Simile, quod in Plinio *Milliarie oleæ in Africâ appellantur, à pondere (vt ait) olei, quod ferunt annua prouentu.* Hos in Palestrâ cibum cepisse, Varro idem addocet: *Vidistis ad buccinam inflatam, certo tempore, apros & ca-*

<sup>\*</sup> Belgis  
aliisque  
Gallis  
*Pastæ* dicitur.

preas conuenire ad pabulum: cùm è loco superiore in PALAESTRAM  
apris effunderetur glans, capreis vicia. Inde aper palæstrita Martialis:

— & concubinis

Partitur apri glandulas palæstritæ.

Atque hi non in siluâ, sed in culinâ cæsi. eoque facetè Seneca,  
de Breuitate vitæ: *Coniuia mehercules iſtorum non inter vacantia  
tempora posuerim, cùm videam quām sollicitè argentum ordinent, quām  
suspensi sint, quomodo aper à coquo cæsus exeat.* quicmodo exeat, è  
culinâ scilicet, & satissime assus & calidus, & in suâ æuñ. Et fe-  
ri haud dubiè meliores. eoque Martialis in laudibus vitæ Ru-  
sticanæ ponit:

*Fbi illigatas mollibus dimas plagis*

*Mactabis, & vernos apros.*

Si tamen mecum legitis: & veros apros. Illi enim domèstici, vix  
legitimi: isti è siluâ, germani & veri. Nisi cui magis placet quod  
in Iunij vetusto codice: *vernias apros,* quasi peculiares & in fun-  
dis siluisque eius natos. CAR. Gratia Billeheo, qui huc te traxit:  
placent hi sermones, & decent quoque in mensâ. Sed scire aueo,  
simplicitérne assi hi apri, quod è dictis obseruasse videor; an ali-  
ter, & ritu hoc nostro, conditi? Lips. Nil nisi de assis legi, nec  
aliter opinor. LAMPS. Mirum autem totos sic, & tam pingués,  
grandes, potuisse. LIPS. Potuere, sed in longo firmoqué veru  
aut cuspide, vt Martialis appellat:

*Parua tibi curuâ craticula fundet ofellâ,*

*Spumen in longâ cuspide fumet aper.* & in cuspide. Fumare eum dicit, & in cuspide: ergo assari. idque de more. Hac  
mente & Iuuenalîs suprà, Fumat aper: & Plutarchus clare, vt au-  
distis. Ponebantur autem in grandibus quadratisque lancibus  
(ex Athenæo) & pominis, glandibus, aut strue tali fructuum, cin-  
gebantur. Quid vt indicarent? captos in siluis esse? an strage in  
hanc talem dedisse? Verba quidé Senecæ, De Prouidētia cap. IV.  
Ingenti pomorum strue cingeret prime formæ feras, captas multâ strage  
venantium. Sed verba ambigua. cùm quibusdam libris, augeret  
legatur, non cingeret: quod alionorsum tunc traxerim, & infar-  
ctos apros capiam, ad augendam speciem ac molem. Talis in  
Athenæo sus assus, cuius venter fisculus, turdis, ouorum vitellis,  
& id genus edulis, plenus esset. Sed & nunc in porculis assis ( qui  
vicem

vicem aprorum mansere ) farcto hoc pomorum , aut castanea-  
rum gaudemus . Sed & crudo pomo in os inserto , insignimus .  
Pro vulgata scripturâ tamen , exemplum de Squillâ , in luuenale :

*Quae fertur domino squilla , & quibus vndique cincta*

*Asparagis ?*

Secundum hos sermones , alij plusculi fuerunt , & varij ; iocosi ,  
serij , plerique oblectantes . Et noster Furius , Heus Lipsi , inquit ,  
viuamus , imò & bibamus . — *recepto Dulce mihi furere est amico . Horat.*

L I P S . Pro nomine hoc tuo sit , an etiam decoro ? Sed tu , quod  
dicas & audis , minimè omnium mortalium facis . O R A N . Imò  
pro decoro . quidni in conuiuio ? & inter tales ? quorum mens  
niue candidior , & crÿstallo purior , nec suspicatur , nec liuet .  
Denique quo fine huc venimus ? iocandi . Curæ & seria domi  
este , cras vos recipiam . A D A M . Amo te Orane . quis scit , quām  
diu licebit ? Imò non diu licebit , & aliis aliò diuellemur . Ego  
ad meos , aliis ad manes : fortasse & ego ô ancipitem & anxiam .  
Semper nostram forteim !

*Quapropter edulcare conuenit vitam ,*

*Curasque acerbas sensibus gubernare;*

vt poëta ille ait . Age , bibe hoc Lipsi : en exemplum . L I P S . Sed  
cum affusâ aquâ . F V R . Minime . non amamus nymphas , &  
lege vetamur . L I P S . Mihi fas & ius , vel ob vnas Spadanias . O  
illa salutifera ! quòd spiro , quòd ambulo , quòd scriptito , huic  
acceptum reffero .

<i>Quas tibi grates</i>	<i>Ego te verso</i>
<i>Nymphar eponam?</i>	<i>Ego te prorso</i>
<i>Quas mea Musa</i>	<i>Carmine dicam:</i>
<i>Et Genius dabunt.</i>	<i>Et te numeris,</i>
<i>Donec spiritus</i>	<i>Et non numeris,</i>
<i>Hos reget artus,</i>	<i>Collaudabo.</i>

### DIALOG. II.

*Ad Tela ventum , & de Fundis primò dictum .*

*Inuentio , forma , excusio .*

S V A V I T E R hæc & talia fabulati surreximus , & visum con-  
sensu prodeambulare . Iuimus extra hortum ac Prætorium ,  
& processimus in ripâ secundum flumen . Lipsi , inquit Furius ,  
ego

ego & Oranus vos sistimus : cuiusuis sectæ potius , quām Peripateticæ sumus. Sedendum est , sudare incipio. LIPS. Imò & vobis exercitium magis conueniat, eamus. FVR. Non imus, sedemus: ecce hīc sub hac quercu , vmbrosum est. BILL. Placet Lipsi , adsideamus. FVR. Auris tuæ operam posco Billéhee, inclina. BILL. Habes. hem ! iam teneo, memorem mones. Enim uerò Lipsi , cùm sic sedimus, & ventrem habemus farctum , tamen aures vacant , & appetunt gustatam illam dapem. LIPS. Quām? Etsi prope modum scio quid agatis. O Furi, Furi. BILL. Reliquum illud matutinæ epulæ , de Tela. Nōnne res & fides tua exigunt illa manca est, nisi adiicis; tu infidelis, nisi promissum præstas. LIPS. Amici , non vos fallam , dirigere possum, dicere non possum : vtique nunc à cibo. An non medici & valetudo vetant? CAR. Vetant, & ego tuus ductor, etiam hīc ero tutor: Affatim satis, si præsis alicui dicturo. LIPS. Liberaliter hoc fiet : & ius ergo mihi partes adsignandi? CAR. Per me ius , & Billéheus adnuit. FVR. Etiam ego : cum lege , vt eximij sint , qui operam iam nauarunt. LIPS. Nescio, videbo: hoc agite. Tela , quorum in oppugnando aut repugnando usus , duplicitia ferè: Lapides , aut Ligna. Illos duplicititer iterum mittebant, aut Manu, aut Fundâ. De manuario iactu , parùm est , & natura ac mos docent : nec moneri aliud opus , quām plerosque veterum usurpasse. Sed de Fundâ , is accurior, & explicandus est. à quo? nam circumspicio : à te Lampsuni. LAMPS. Quid in me tibi placuit? LIPS. Corpus strictum , agile, manus mobilis (in stilo scimus: ) & planè bonus es pugnare fundâ. LAMPS. Etsi parùm honestum hoc telum bonis ; tamen quò me transcriperis Imperator, eò & pareo: ac dabo operâ , vt vel imum ordinera honestem. LIPS. Placet obsequium , perge. LAMPS. Vt à nomine ordiar, Funda Latinis dicta , quòd ex eâ fundantur lapides , ait rectè Isidorus. De inuentione variant. & Plinius Phœnicibus tribuit; Strabo Ætolis. Pro Strabone Pollux videatur, qui Acarnanibus assignat : & Thucydides etiam de istis, libro II. δοκοῦσι δὲ Ακαρνάνες υπάτησοι σφεδόνων : evidentur Acarnanes optimi funditores. Et sane Acarnanes finitimi Ætolis. At pro Plinio, communis opinio & Vegetius: Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores inuenisse , & peritè exercuisse dicuntur.

tur. Quin Diodorus Βαλιαρεῖς δπο τὸ βαλλεῖν ταῖς σφινδόναις: dictos putat: *Baliares, quod fundis iacent.* Hęc, dico, pro Plinio. quid ita? quia ipsi Phœnices olim ibi coluerunt, & artem intulerunt. Ipse Strabo transire huc videtur. libro III. Σφινδοῦ, inquit, ἀεισοι λέγου). καὶ τέττην ποκπαν, ὡς φαστ, δέκαφρόντως, εἴς ὅτε Φοίνικες κατέχον τὰς νήσους: *Baleares optimi funditores habentur, & hoc maximè exercuerunt, ut fama est, ex quo Phœnices insulas eas obtinuerunt.* Sanè, quod ad præstantiam, plurimi iis testes. Florus, libro III. cap. viii. *Tribus quisque fundis prælantur.* Certos esse quis miretur iētus? cūm hec sola genti armasint, & vnum ab infantia studium. *Cibum puer à matre non accipit, nisi quem ipsā monstrante percussit.* Ait primū de tribus fundis. Vbi eę? in capite omnies, si Straboni credis. Σφινδόνας, inquit, τοὺς τῇ περιφελῇ ἔεις ἔχει. Τὸν μεχρόνωλον, τοὺς τὰς μακεβολας. τὸν δὲ βεραχύνωλον, τοὺς τὰς εὐ βράχει βολάς: τὸν δὲ μέσον, τοὺς τὰς μέσας: *Tres fundas circum caput habent. unam longioribus habenis, ad longiores iactus; alteram brevibus, ad breviores; tertiam mediis, ad medios.* De discriminē & caussâ, benē & verē: ambigo an dē positi. & an non melius Diodorus, qui disponit *vnam circa caput, alteram ventrem, tertiam in ipsā manu?* Commodius hoc videatur, aptiusque. Et de capite, non nouum: cūm etiam Mardis, genti Persicæ, simile Curtius scribat factitatum. *Fundā vincunt frontem. hoc* ~~et~~ Lib. III. *ornamentum capitū, & telum est.* Sed fundā, non fundis: & vidi imaginem in columnā veteri Antenini in quā Balearis capite, & ventre, & humeris eam gestat. Sed addit Florus de peritiā, & de cibo. Ipsa illa Diodorus, & Strabo, & Lycophron plusculis versibus, atque ad eos Tzetzes. *Quid opus apponere, cūm de re constat?* Magis materiem & formam fundæ quæramus: et si materiem Strabo promptè suggesterit, & fuisse ait μελαγχείνεις, ή βιχίνεις, ή ρούφινεις: aut ē melanchræna, aut ē pilis, aut neruis. Triplex igitur materies. prima Melanchræna. quid fuit? spartum, opinor, & hoc sic nominat: cuius copiam in Hispaniā fuisse, omnes scimus. Plinio quidem *Melancranis* est species iunci acuti; & Hesychio μελαγχείνεις, οξύχων: quid aliud Spartum? atque eo nomine linum aut cannabin etiam comprehendeo. De lino, in Vegetio mox audies: de canabi est in Suidā: ή γδ σφινδόνιν δπο παναζεως γινεται: Funda enim ē canabi fit. Totum hoc genus Virgilius tangit:

*Stuppea torquentem Balearis verbera funde.*

Altera materies, pili. & hanc priori, de quorum idam sententiam, Vegetius antefert: *Fundæ ex lino, vel setis factæ. has enim dicunt esse meliores.* Tertia materies in Strabone, nerui. nec exempla repperi alibi, et si ratio non abdicit. Accipite nunc formam. quæ in monumentis obuia, nec aliud est, quam funiculus in medio latior, ouali formâ, & paullatim in strictius abit. An non cuitas & foramen in medio? non opinor. Et si in Ciceronis tamen \* versiculo est:

*Fundum Varro vocat, quem possis mittere fundâ,*

*Ni lapis exciderit, quâ caua funda patet.*

Sed intellegit cauam fundam, sic manu strictam; & quod patet in eâ, est ipsum latus. Sententia etiam Varronis, posse meritò fundum vocari (totum illud, quod agro & ædificio constat) qui tam grandis, ut fundæ iactum æquet. Is autem modus est ferè *sexcentorum pedum*, quod in Vegetio clarè scriptum. Sed de formâ, Dionysius Alexandrinus hanc terram nostram comparat cum fundâ, hisce versibus:

*Οὐ μὴν πάσα στριπεῖται οὐδὲν τούτῳ, αὐλὰ δέξιμοις*

*Εὑρυτέρη βεβαῖα περὶ οὐλίου κελεύθες,*

*Σφερδόνη εἰσικῆ.*

Quos Rheminius Fannius benè & scitè olim vertit:

*Non tamen a siduo teres vndeque margine circum-*

*Clauditur hec, bifido sed brachia litore pandens*

*Arctatur rapidos cursus ad Solis vtrumque,*

*Affimilis fundâ.*

Nec alia mens, quam τὴν γῆν (Eustathij interpretis verba) ἵστηται διηγεῖται, διὰ θάσης δὲ τριῶν ὁμοιωτα τὸ πεζούλου σφενδόνης στενάγματις διέρχεται: terram ad latera latiorem esse; in partes superas circinas, ad similitudinem fundæ quæ lapides iacit, arctari & constringi. Talis enim illa antiquis nota: et si hodie nauigatio aliter ostendit. At medium & fundus, ut sic dicam, fundæ, circinat: eoquæ Statius respexit:

— *teretes pars vertere fundas*

*Affucti, vacuoque diem præcingere giro.*

Ideò enim teretes: siue etiam ratione rotationis in iactu. Nam rotabant circum caput, & vires ita dabant: ter, ut videtur, ex arcu more. Virgilius de Mezentio:

*Ipsæ*

*Ipse ter adducta circum caput egit habendā.*

Statius, libro I.

*Terque leui ducta circum caput actus habendā*

*Permissum ventis abscondit in aere telum.*

Vegetius tamen abauit de ternario, & simplicem numerum preferit. Semper adfuscentum est, inquit, ut semel tantum funda circum caput rotetur, cum ex ea emittitur saxum. Sed de saxo disertè addit, numquid aliter in glande? non est ratio. Certè & Achilles apud Statium, ubi gloriatur hæc & illa se didicisse, II. Achill.

— *¶ flexæ Balearicus auctor habentæ,*  
*Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu,*  
*Inclusum quoties distingeret aera giro.*

dat intellegi, sæpius intortam fundam, & variè pro destinatione iactus. Sed iamnunc tetigi, duo fundis missa, *Lapides* & *Glandes*: id quoque docendum est, nequid de his fundis sine auctore & fundo. Quod ad *lapides*, est in Diodoro libro VI. Τὸς Βαλιαρεῖς έάλλεν τὰς σφεδόνας λίθους μεγάλους καλύπτειν τὴν αἰσθητήν πόλιν: *Baleares* fundis *lapides magnos* iacere, optimè omnium mortalium. Sed quām magnos? in Suidâ scriptor aliquis exprimit: Οἱ τοῦ Βαλιαρίδων νήσοισι σφεδόνας μεγάλους λίθους ἔβαλον: *Balearium insularum funditores lapides* minæ pondere iaciebant. Intellegit Minam Atticam, quæ est drachmarum centum. Huc quadret, quod in Cæsare habes, *Fundas librales*: si tamen ita legis. Ad hos igitur lapides, & ut frequentare iustum poslent, sacculos pelliceos ferebant iis impletos. Xenophon libro V. Anabaf. περίγγλε τὰς γυμνὰς λίθους ἔχειν μετὰ τὰς διφθέρας: *Ius sit funditores lapidum plenos habere sacculos*: instantē scilicet iam pugnā. Sed & Strabo scribit, in singulare certamen Pyræchimam Ætolum, cum recens funda tunc inuenta esset, venisse καὶ σφεδόνας, καὶ πίνακας λίθους: *cum fundā, ¶ perā lapidum*. Ita igitur ferebant, & magis expedite, quām (quod in lapidibus tamen video) ut sinu etiam præ se ferant. Telum alterum, *Glandes*: atque eæ è plumbo, ideo μολυβδίδες Græcis, & *Plumbeæ* simpliciter Spartanio. Iungit vtrumque Sallustius: *Parseminus glande, aut lapidibus pugnare*. Vti & Liuius, libro XXXVIII. *Consul ingentem vim sagittarum, glandisque, ¶ modicorum qui fundā mititi possent lapidum, parauerat*: parauerat nempe contra Gallos. quia reuerā leuia hæc omnia tela, bona in pugnatores cominus

validos, præsertim non ex tuto armatos. *Sphærulas*, istas appellat scriptor incertus apud Suidam: οἱ καρδῦχοι σφενδονῆς δέσμοι λίθοις τε ρῷ μολιθῖαι σφαίειαι, & ἔξανοντις εἰς τὸν θάλατταν: *Carduchi* optimi funditores lapidibus & plumbeis sphæris, quas eiacylantur certò & destinatò. His inscribi aliquando solere, & occultè sic ad hostem mititi, memini legere. In *Hirtio*, de bello Hispaniensi: *Per idem temporis glans missa est in scripta, quo die ad opidum capiendum accederent, se se scutum esse posituros.* Appianus ad istam rem, tesseras quasdam plumbeas adhibet. cùm narrat in Mithridatico, seruos duos, Athenis à Sullâ obsecisis, omnia quæ gererentur, hoc doloei perfcripsisse (περοῦ, inquit, ἐν μολιθεπεπομπέοις ἐγέρσθαις) & in tesserais plumbeis fundirum iactu deinde mississe. Tangit hoc iterum *Hirtius*, dicto libello; *Indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Caesar, quæ in opido ad defendendum compararentur.* Reuera autem non istæ communes Glandes fuerunt, sed tabellæ magis productæ, & huic rei aptatæ. Atque hæc Funda, cuiusque tela: quæ non temerè variis gentibus in usu, quia prompta, iteratu facilis, tum

\* Vide lib. v. de Milit. Dial. viii. etiam quia longè & fortiter feriret. \* Exempla siue testimonia plura sunt: recenseo nunc hoc Vegetij, lib. i. cap. xvi. *Sæpe aduersum bellatores cassidibus, catafractis, loricis que munitos, teretes lapides de fundâ vel fustibalo destinati, sagittis sunt omnibus grauiores: cùm membris integris lethale tamen vulnus importent, & sine inuidâ sanguinis, hostis lapidis iactu intereat.* Ostendit per ipsa arima interficisse, et si, ut ait, sine sanguine: quia contusio pleruinque & confractio ex iactu lapidis. Sed ipse de lapide: *glans profectò penetrabat, & Liuius indicat libro xxxviii. cùm Gallogrecos maximè his telis victos à Manlio ostendit: Præmittit, eos patentibus plagiis non tam moueri, sed iudem, inquit, cùm aculeus sagittæ, aut glædis abditæ introrsus, tenui vulnere in speciem, viri, & scrutantes que vellant, telum non sequitur; tum in rabiem & pudorem tam paruae perimentis pestis versi, prosternunt humi corpora.* Quod cùm ita sit, telum tamen hoc, ut initio tetigi, parum honestum habitum, & iunioribus aut vilioribus assignatum. Quin Xenophon refert, VII. Pædias, *Cyrum, cùm Lydos deuiciisset, iussisse fundis exerceri: νούσον, inquit, τὸ διπλὸν δελτωτερον εἶ: existimans hoc telum seruile quiddam esse.* Itaque ipsi Romani raro usi, inter Auxilia habebant.

## DIALOG. III.

*Triplex aliud genus Fundæ explicatum.*

**A**TQVE hæc est communis illa funda, & vulgò in vsu: et si distinctas quasdam species etiam lego, vt *Achaicam*, *Cestrotibendum*, *Fustibalum*. Rei toti clarandæ, & hæc addam. De *Achaicâ* igitur fundâ, in Liuio ita est, lib. xxxviii. Samæ in Græcia à M. Fulvio oppugnabantur. cùm sæpe erumperent, vna ad coercendos inuenta haud magna memoratu res est. Centum funditores ab Ægio, Patris, & Dymis acciti. à pueris iij more quodâ gentis, saxis globosis quibus fermè arenæ immixtis strata litora sunt, fundâ mare apertû incessentes exercebantur. Itaq; longius certiusq; , & validiore iectu quâm Balearis funditor, eo telo sunt vni. & est non simplicis habenæ, vt Balearica & aliarū gentium funda, sed triplex scutale crebris suturis duratum, ne fluxâ habenâ volvetetur in iactu glans, sed librata cùm fuderit, velut neruo missa excutiatur. Et monet primùm, laudatos istos funditores, Ægio, Patris, Dymis accitos: id est ex Achaiâ, quæ gens hac laude clara. Suidas hoc illustret, & illustretur: Αχαιῶν βέλος. οὐτὶ τὸ δύσοχες Καλλόντων πάριτον θηριδείστατον δεῖν τὸ τοπεῖον βέλος τεθεὶς αὐλιορχίαν, τὸ τε Αχαϊας τὸ σφεδόντοντον βέλος: Achaicum telum, de iis qui peritè & feliciter iaculantur. quoniam optimum inter omnia aptissimumq; ad obsidiones est tale hoc telum: dico telum funditorum ex Achaiâ. Addit Liuius, longius, certius, validius iaculatos, quâm Baleares: quod notetur ad vim teli. Describit deinde, & ait, non fuisse simplicis habenæ: id est, nō ex uno simplici q; fune. Nam id *Habenæ* est, vt in exēplis sparsim licet videre: Græcis νῶλον. Suidas: νῶλα, τὰ τὸ σφεδόντοντον μέρη Cola fundæ vtrinq; membra siue partes. Ammianus id Amentum dixit, lib. xxxi. Res Romana stetit superior, nullo fermè alio telo, vel fundæ ameto, incassum excusso. Pergit Liuius, triplex scutale.] Quid sit, disputant. Glareanus de *Scytale* suspicatur, & sic rescribit: frustrâ, cùm iam olim Priscianus locum hūc ita laudet. Alij fundum, vt sic dicant, fundæ, & reticulatum illud, quasi scutulis (inquiunt) distinctum. Mihi cùm presilius examino, nō aliud scutale, quâm habenæ fundæ videtur. Quid enim ea verba volunt, non simplicis habenæ esse, sed scutali triplici? Fallor, aut pro habenâ habet, ac miscet. an ideo, quia pars ea fundæ, cui lapis imponitur, quasi scutiformiam palam refert? Ergo *Scutale*, quod ab eâ depédet: fortasse,

quod ipsa Scuta loris reuincire solent, quæ ὄχεας Græci vocant. Dixerit ergo Liuius, istā Achaicam triplici habēnā aut colo fuisse: siue distincte triplici; siue iunctim & consertè ad robur. Ita & Scutale pro Scutulo aliquis retineat: & ex consequenti, triplicem habenam addat. At communis & Balearica, simplicem modò habuit. Sed dicatur: Lycophron nōne de Balearibus scribit,

Τετράδις θηλώλοις σφενδόναις απλισμένοις.

*Fundis tribus reuinēti sunt bimembribus?*

Bimembres ecce, siue duplii habēnā eas vocat; non ergo simplici. Respondeo. alio id ibi sensu esse, & funem quidem unum, sed videri & nunc capi ut duplēm à poëtā, quia geminatur stricta & adducta ad iactū. Expande, simplex rursum erit. De Achaicā hæc noui: de Cestrosphendone, est in eodē Liuio, lib. XLII. Maximè Cestrosphendonis vulnerabātur Romani. hoc illo bello (cū rege Perseo) nouum genus teli repertum est. Bipalme spiculum hastili semicubitali infixū erat, crassitudine digiti: huic ad libramen pinnae tres, velut sagittis solent, circumdabantur. Funda media duo finalia imparia habebat: cùm maiore sinu libratiū funditor habēnā rotaret, excussum velut glans emicabat. Tenebrosa descriptio, & nisi aliunde lucē accipit, diu talis. Sed iuuat, aut potius dissipat nubē, quod in Suidā super hac re lēgi. Nam apud eū aliquis (an nō Polybius? puto; ipse) aliquis dico scriptor ita: Κεσρός. ξένον ἦν τὸ μέρημα καὶ τὸ περσικὸν πολέμον. Τὸ δὲ βέλος πολεμον διπλάσιον ἦν, οὐνέχον τὸν ἀνάστον τῇ πολεμολῃ. Τέτω ξύλον εὐήρμοσο, περ μὲν μίκροις πολεμαῖσιν, τοῦ δὲ πάχει διπλυλιαίνεχον διάμερον. Εἰς δὲ τέττε τὸ μέσον ἐσφίνκτο περύγια ξίαξύλινα έσαχέα παυτελῶσ. Τετράδιν καλωνάντοσιν —

\* Postea & παρ χόντεον ἐν σφενδόνης, εἰς τὸ μέσον εὐηρμαλίζετο τοῦ καλωνάντοσιν πολέμως. Λοιπὸν ἐν μὲν τῇ πολεμογωῇ τεταμένων τάπτεν ἔμενεν. δέ τε δὲ πολεμαλιθείν θάτερον τῷ καλωνάντοσιν πολεμον εἴη διάγονος παθαπερεὶ μολυβδίσκον τὸ σφενδόνης φέρει, οὐ πολεμοπίστον καὶ βιαστεὶς πληγῆς, κακῶς διετίθει τὰς συγκυρόσαντες: Cestrus. nouum hoc inuentum bello Persico. Ipsum spiculum bipalme fuit, tubulum habēs aqualem mucroni. Huic hastile ligneum insertum erat, longitudine spithame mensuram æquans, crassitie digiti. In huius medium tres pinnule ē ligno infigebantur, planè breues. Hoc infundā, que duo finalia imparia habebat, in medio utrorumque, amēto leuiter & ut solui posset ligatum, imponebatur. Tum igitur in circumactione funde, intētis finalibus manebat; cùm vero alterum solueretur in emissione, excidens amento suo, velut glans ē funda, ferebatur & cū impetu incidentis, quidquid incurrit

riffet

risset validè ladebat. Ita Polybius describit, & ex eo non dubiè Liuius noster, de suo more. Conferamus inter se paullum & cōponamus, ad rei lucem. Ait Liuius, *Cestrosphendonem* hoc telum diētum: reētē. et si in Suidā, pars vna vocis modò est, *Cestrus*. Atqui solitaria ea, non nisi *veruculum* & breue telū notat: cōpositio Liuiana mixtum hoc complectitur, & cestrum ē fundā missum. In Plutarchi Sullā lēgi βελοσφενδόνας: neque scio an idē hoc genus sit. Videatur. nisi si eā voce tela intellegit amentis religata, iusq; *velut fundis emissā*. Ait amplius Liuius, bello cum Perseo rege Macedonum, id repertū: ergo is est Polybij πόλεμος Περσικός, *bellū Persicum*, ne quis aliò ducat. Iterū Liuius, *bipalme spiculū*: quod in Polybio διπάλαισσον. ergo palmus minor (id παλαισή) intelligendus, qui est digitorū quattuor. Sed in Græco hoc distinctius additur, ipsum mucronem palmi fuisse, auliscum siue tubum item palmi. Mox in Liuiō, *Hystile semicubitale*: in Polybio, αὐτοῦ παραπλανῶν, qui sunt digitī duodenī. Cūm igitur cubitus cōmuniter diētus sit sesquipes, siue digitī vigintiquattuor: rectē Liuius *semicubitum* vertit. Atque hic est *Palmus maior*, siue *Dodrans*: ita in toto telo digitī *viginti*, id est, 'pes & quadrans. Adduntur deinde *pinnæ tres*: sed ex ligno, quod Græcus monet. ne aut pluuiā scilicet, aut in valido circumactū violarentur. Illæ ipsæ ligneæ, iuuabant tamen faciebantq; ad volatum & directionē. Mox etiam: *Funda media*, *duo funalia imparia* habet. Quæ est funda hæc media? ipsum fundæ medium: id est latius illud, cui telum sedet. Imparia autem funalia habuit, (siue habenas, vt diximus, aut κάλα) vtrīmq; duo: cur imparia, & quo situ? Credo, ob teli mutati modum ita factum. quod, ne excideret in circumactū, sedē paullò maiorem voluit, eamq; aptam excussioni. Esto igitur fundus latior, duo funes vtrīmq; cōcineant: sed prior, & vbi ferrum est, paullò longior latiorque strīctior & breuior posterior ille, vbi pinnæ. An hoc modo vult, vtrīque vnum fuisse, sed alterū breuiorem? Neque nego natare me in his talibus, quæ vsu abierunt, & vsu ac periculo tamen constant. Extremum in Liuiō, *Cum maiore sinu libratum*. quod è obscurius, quia nihil tale in Græco. Hadr. Turnebus vir laudatissimus, libro xxx. cap. xxxii. vult fuisse duas fundas & duplicein sinum, sed inter se eas nexus: & in maiore libratum telum. Ipsum vide. Ego vix assentior, nec video cui usui duplex hic sinus, vtique si in

si in altero modò telum. Quin sententia simplicissima sit, maiore finu libratum, quām vulgatæ fundæ habere solent: ex comparatione maiores dico, non quia ibi duplex. Nec plura Liuius. qui neglegenter (in aliis etiam solet) totum hoc de Amento omisit, quo telum vtiliter illigatum: tum ne caderet in rotatu, tum vt violentius emitteretur. At Polybius disertè, & bis, hīc expressit; monuitque amentationem illam in medio duorum funium factam. Hēc mihi visa super Cestrosphendone, vobis intentius videnta. Tertiū erat, *Fustibalus*. Vox est nouitij qui, nescio an res ipsa. Appellant ita, fundam fusti alligataim, quo incusso, lapideim scite & robustè emittunt. Vegetius describit, lib. II. cap. xiv. *Fustibalus*, inquit, *fustis est longus pedibus quattuor, cui per medium ligatur funda de corio, & viträque manu impulsus, propè ad instar onagri dirigit saxa*. Et qui eo vtūtur, sunt eidē Vegetio in melioribus libris *Fustibalatores*: non sanè *Fundibulatores*: & *Fundibalus* diuersus est, vt

\* Dial. de  
Ballistā.

Furius\* suprà dixit. Hoc genus an veteribus in vsu, quæri potest: puto equidem fuisse. Ex Fēsto: Librilia appellantur, instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellorum loris reuincta. Videtur hoc esse, quod Vegetius exposuit, aliâ voce. *Librilia* enim tunc dicebant: & sic libri scripti in Cæsare, vii. Gallicorū: *Fundis, librilibus, sudibusque*. vbi alij iunctim legunt, *Fundis librilibus*, quasi eas dicat, quæ lapides librae pondo emittant. At malo *Librilia* discretè: & fortasse inde *Libratores*, qui vtuntur. Tacitus II. Annal. *Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paullum legionibus, funditores libratoresq; excutere tela, & proturbare hostem iubet*. Nam ait eos *excusisse tela*, quod profecto in lapides manu solâ iactos non quadrat. Iungit iterum idē cum Funditoribus, xiii. Annal. *Libratoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus lapides ac glandes torquerent*. LIPS. Cetera haud damno, Lampsoni, in Felti *Librilibus* hæreō. Nam ecce loris reuinct, in modum flagellorum: videturque emissum telum fuisse, & reductum. Tale aliquid in monumento Antonini obseruo, & lapideim aut ferrum catenæ illigatum, quæ stipiti deinde nexa. In Cæsaris tamen verbis (si vetus recta lectio) longinquum, non propinquum id est telum. Multa sanè hīc coniecturalia, vt verbo uno dicam. Ad manuarios etiam lapides cur non aliquis appetet, qui in vsu vulgo? Vegetius, libro II. cap. xxiii. Sed & manus

sola

Iaculorum diuisio, & genera. Sudes, Faces, Præpilata, Lanceæ,  
& adiuncta.

**S**E D iam an non munus meum impleui Imperator? LIPS.  
Implesti, abi, in hunc diem immunis esto. Succede tu Adamo noster, & de Iaculorum lignorū genere (nam ea sequuntur) nobis edisserta. Audis? ADAM. Verecundia me cunctari facit, & imperitia. LIPS. Iterū de verecundiā: heus tu,

\*Ω'ενας μοι Θυμὸν ἐνί σήθεας φίλοισιν:

pare subito, aut mox serò. Disciplinam ignoras? ego reuocabo, si vnum etiam verbum. ADAM. Heu Maniana imperia! at vos saltem suggerite & iuuate. Iacula igitur (vt in re confusâ ordine aliquo incedam) duorum generū sunt, Rudia, & Ferrata. Rudia appello, quæ simplici ligno constabant, non aliâ materie ad læendum. In eo genere Sudes sunt & Faces. Sudes, lignum in capite acutum leuiter, & igni duratū. Vetus id telum, & plerisque gentibus sic vsitatum. Propertius, de priscis agrestibusq. Romanis:

Miscebant r̄vstā prælia nuda sude.

Virgilius quoque inter agrestia numerat, lib. VII.

— non iam certamine agresti,

Stipitibus duris agitur, sudibus ve præustis.

Sed tamen meliore etiam æuo, & in legitimis bellis, usurpatum apud Curtium, lib. III. inter Darij milites sunt Derbices. ij quadraginta millia, inquit, peditum armauerant. pluribus \* hærebant ferro præfixa hastæ, quidam lignum igni durauerant. Apud Arrianum: Λόγιας δὲ εἰς τὸν ἔξαπτηχεας, αὐτοὺς δὲ εἰς τὸν σιδηρέας, αἱλάτα τὸ οὖν ἀνταῖς πεπυγμένους πορταῦται εἶναι. Hastas habebant senum cubitorum: mucro autem illis è ferro non erat, sed caput igne duratum eumde vsum dabant. Apud Silium lib. III. inter Annibal's copias quidam recensentur,

Contenti parcā durasse hastilia flammā.

Quin & in Catilinæ exercitu (Sallustius) pauci militaribus armis instruti; ceteri, vt quemq; casus armauerat, sparsos, aut lanceas, alijs præcutas Sudes portare. Et quamquam ex his non certò liqueat, inter missilia has fuisse, imò quasdam cōtrà ad statariam pugnam: tamen etiam eminus usurpasse, omnino probabile est, & Cesar dixerit, vbi cum leuibus armis iunxit: Fundis, librilibus, Sudibus. Istæ Sudes: at Faces etiam reperio, id est nō adustas, sed vrentes quas-

\* Common  
usisti ani-  
mum mihi  
nunc in pe-  
ctore caro.

\* Forte  
horrebans

\*vñ  
fortasse.

dam hastulas, è piceâ, tædâ, larice, & siquod tale genus. Statius lib.v.

*\* vastæque sudes, fractique molares,  
Spiculaque, & multâ crinitum missile flammâ,  
Silius in pugnâ Cannensi:*

*Vllum nec defit teli genus. hi sude pugnant,  
Hi pinu flagrante crient, hi pondere pili.*

Lucanus in Pharsalicâ:

*—inde sagittæ,  
Indefaces & saxa volant.*

Xenophon de suis Græcis: Τοξόματα, σφεδόναι, λιθοί. πόσαι δὲ ὅτης τοῦ περιστέρεω: *Sagittæ, fundæ, lapides. erant autem qui & ignem præferrent.* Iam in Virgilio vobis hoc notum:

*Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.*

Vt appareat obuium & populare fuisse telum. quod item ex Heliодori Aethiopicō primo, de Egyptiis: Επεργάξενται φυλακαὶ, οἵδη δαλφινοὶ κατίφλετο: *Alius ligno percussus, iste face adustus erat.* Træfo ad Ferrata. LIPS. Imò nequid nimis properes, paullum te sufflamine: *Præpilata missilia aliquoties lego, quæ ea sunt? an non Rudia, & sine ferro?* A D A M. Profectò occupas. nam ego ad Ferrata reducere volebam, et si ambigens, sed video alios sic fecisse. Tua quæ sententia? LIPS. Tua quæ exēpla? prome, & tum viderimus. A D A M. Quod è ferro, videatur vox astrarere, quasi pili instar præfixa. Sed & Ammiani hic locus è lib. xxiv. *Romani leuissi procedebant, & præpilatis missilibus, per procurſatores principiis pugnae tentatis.* Hoc ille in pugnâ cum Persis: & nōnne credam vera ea & ferrata tela fuisse? Item scriptor, in pugnâ cū Germanis, lib. xvii. *Præpilabuntur missilia, & Germani agmen nostroru equitum inuaseré.* Liuij etiam locus est, lib. xxvi. de ludiſ funebris Scipionis Africani: *Tertio die rudibus inter se, in modum iuſte pugnae, concurrerunt, præpilatisq; missilibus iaculati sunt.* Nā et si ludicra ibi res, & ipsi gladij lignei, hebetes; tamen missilia è ferro fuisse, Polybius induxit, qui hoc dixit γέροντοις αὐτοῖς ζεων: *hastis velitaribus iaculari.* Ita enim ipse fetè appellat γέροντες: & hastas eas cum ferro fuisse, quis nescit? Hæc pro istâ sententiâ: tu Lipsi contrari? LIPS. Habeo, & magis robusta. Dico *præpilata* sine ferro esse, nec aliud quām pilæ instar, obtuso acumine, rotunda. Vocem sic explicō: & firmo ex Plinio, libro ix. cap. xxx. vbi de Locustarum marinaru cornibus, dicit ea pro-

**ea propriâ rotunditate præpilata.** De re, ex Quintiliano satis liqueat lib. v. Institut. Declamationes, quibus ad pugnam, velut præpilatis, exerceri solebamus. Opponit veris imicantibusq; telis, præpilata: sicut Declamationes, quæ scholæ & exercitij sunt, forensibus orationibus & pugnæ. Sed & in Hirtij, de bello Africo, cùm Cesar elephantes suos exercebat, ipsosq; milites & equos adsuefacit ad eorum aspectum: Equites in eos pila præpilata coniiciebant, atque in consuetudinem equos<sup>\*</sup> patientiâ bestiarum adducebant. quis ibi censembit veris ferratisq; pilis petitos? Sed etiam cùm à Pilis seiungit, & restrictè præpilata pila dicit; ostendit, nō vt vulgata, cū ferro fuisse. Simile in Plinio lib. viii. cap. vi. item de elephantis: L. Piso introducto dumtaxat in Circum, at q; vt contemptus eorum cresceret, ab operis hastas præpilatas habentibus, per Circum' totum actos. Profectò ibi quoque obtusas accipere est, in ludicrâ modò insectatione & exactione. Ipsa quæ tu adduxisti, non pro te videntur pensitata. Nam Liuij locus, planissimè contrâ est. & in ludicro illo cōcursu cominilitonum, quis tribuet hastas ferratas? imò ad exemplum gladiorum (quod fateris) obtusas. Ad Polybij, dico. nihil obstat verbum ibi γέρος accipi pro telo aut hastulâ communiter, etiam sine ferro. Iam ad Ammianum, ille verò aliter. hoc fateor, sed nō pro tuo sensu. Quin Præpilare ei scriptori nō aliud videtur, quam præiaculari: et si Pilare idem usurpat, pro prædari, vacuare. Scribit lib. xxxi. Castra inimica pilare: & paullò post, Pilare villas & incendere. Aliter quā Seruius, cui Pilare est cogere, premere: & ita interpretatur Pilatum agmen, densum: & Pilatas aetheris oras: ac plura quæ ad Festum eximius Scaliger notauit. Sed tu mi Adame perge: hęc ita dixerim, acrius examinanda. A D A M. Ad Ferrata igitur iacula dixi me venire: quę pluria & multigenera sunt, nec aliā in re fœcundiūs Martialia ingenia luserunt. Ego quædam crebriora tangam, & quā opus, explicabo aut discernam. Primum sit,

HASTA, Græcorum δόρυ. Etsi commune ferè id nomen est, & in plura valet: diciturque tam de grandi illâ, quam cominus utuntur, quam de leuiore quam eminus iaculantur. Simile in Lanceâ & Conto: ac Strabo semel audiatur, lib. x. Διπτὴ γὰρ ἡ τὸ δοράτων χεῖσις, η μὲν χειρὶς, η δὲ ὡς παλπῖς, καθόπερ ἐὸντος αὐμοτέρας τὰς χεῖσις δηδίδωσι. η γὰρ οὐς ἀδύν χειρὶς η κοντούσιεντες. ὅπερ ηγένετο σάρισα δινάτα, η διστός. Duplex enim Hastarum γνήσιο, alia cominus, alia eminus εἴ τα quam iaculo-

iaculorum. sicut & Contus virumq; vsum præbet. nam & statim vtimur, & iaculantes: quod & Sarissa potest & Pilum. Notabilis locus ad hunc ritum veterem, & plerisque gentibus communem, hodie desitum ferè nobis quidem Europæis. Sed de Hastâ missili, multa testimonia passim: & inde Hastati, iaculatores olim in legionibus, ac plura passim legenda. Alterum cōmunius nomen,

L A N C E A, Græcorum λόγχη: atque adeò ab hac deriuat Festus. Lancea dicta, inquiens, à Græco, quam illi λόγχη vocant. Argutè, haud verè. & est Hispanica ipsa vox, vt Varro & Agellius testificantur; Gallica, vt Diodorus. De Gallis enim scribit libro vi. οὐβάλλονται λόγχας, εἰς ἀπεῖνοι λογχίας παλέσι: Faciunt hastas, quas ipsi Lanceas appellant. Sed possunt esse Hispánicâ stirpe, in Galliam tam pôst traduētæ, vti & in Latium ipsum. Vox quidē Lanceare, quod est iacere, mittere, ipsis Hispánis Gallisque & hodie est in usu. Tertullianus usurpauit, aduersus Marcionem lib. III. cap.

XIII. Aliud est, si penes Ponticos infantes in pœnum erumpunt, qui antè norint lanceare, quàm lacinare. Pulchrè ludit. & mirum, inquit, ni vestri pueri à natuitate robusti & militares, qui possint priùs lanceam iacere, quàm mammam trahere. De hac autem iaculatrici, passim scriptores. vt Curtius de Horatâ Macedone, libro ix. *Igitur Macedo haud dubius eminus interfici posse, lanceam emisit.* Lucanus de Crastino Centurione:

*Cuius torta manu commisit lancea bellum.*

Vbi poëta pro Pilo usurpat, vt est profectò nomen iaculis commune. Itaque in Actis Apostolicis λογχοφέροι, benè redundunt iaculatores: & sunt ista, quæ Menaula posterior & deterior ætas dixit. In Leone Imp. cap. vi. Alij quidem habebant contaria, id est hastas, quas nunc Menaula, olim antiqui Lónchas nominabant. Reperio in Cedreno vocem, sed paullò aliter scriptam. nam dicit μονάυλες. Vbi de Belisario in Persas misso, qui coram legato Persico dissimulabat consilium, & quasi venandi modò gratiâ venisset, misit suos, inquit, in filuas, πηλέκεις τε καὶ μονάύλες έασάζονται: secures & lanceas ferentes. Neque enim calamos cum interprete viro docto reddiderim, magisque etiam scripserim μονάύλες. Nam sic & in Tacticis Leonis Tmp. (Excerpta Vulcanij habent) μεναυλον, εἰδὸς εἰς ἀνοτίας: Menaulum, iaculi genus est. Litteram muta, Latinam vocem feceris Venablum: & credo ipsam esse. Nam variè tunc deprauabant,

bant: & sic πανδωτά, Tablata: & μαρχομέρβελον, quod est Martso-barbulum, ipsā nostrā litterā item mutante. Sunt quidem Lanceæ venatorum: & sic in Ammiano XXIV. Feras nostri lanceis venatoriis & missilium multitudine confecerunt. In Valerij I. cap. vii. Lanceam petendæ feræ gratiâ missam. Herodianus de Afris, lib. vii. παρέπεισθε πλέον δοκιμών, οὐς τετέλεσθαι μηρούαχασι: Apud quos nihil admodum preter exiguae lanceas, quibus aduersum feras præliantur. Terrium, sed magis strictum

VERVTVM. cui nomen & formatio ab ipso Veru, quod refert. Festus: Veruta, pila dicuntur, quod veluti verua habeat præfixa. Itaq; alij Veruinam dixerunt, qua vox in Plauto: & Isidorus explicat, Veruina iaculi genus longū, quod aliqui Verutū nominant. Non nemo etiam Veru dixit, vt Sidonius: — ruit aclide fossus

Ille, veruque aliis.

Ait fossus. benè: est enim spiculum tenue & longum, aptum forare. Silius, III. — tenui pugnax instare veruto. Virgilius VII.

Et tenui pugnant mucrone, veruque Sabello.

Qui velut proprium Samnitium facit, imò Grammatici nomē eorum hinc petunt. Festus: \* Samnites ab hastis appellati sunt, quas \* Trans-  
scripsit  
P. Diaconus, lib. II.  
De gestis Longobard. cap. xx. Græci οαυία appellant, has enim ferre assueti erant. Proprius Græcanicam dialectū tangit etymon, qui Σαυνίας dicunt & scribunt. Et Saunia rectè Veruta reddi, discimus è Dionysio: qui vbi Liuius in classibus armandis Verutum scribit, ipse οαυίον. Alibi etiam οαυίον σχετεցυnde, saunio transfossus, quod huius est teli. Etsi Samnites, igitur (ij cum Sabellis iidem) primò & propriè vni, tamen & alij Itali: tribuitque Volscis poëta idem, II. Georgicon:

Affuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos

Extulit.

Miror haec tenus sic legi, cùm veruto verissimum sit: dicatque, Ligure malo siue labori suetos, Volscos iaculationi & bello. Hoc equidē malo, quam Verutos dicere, veru armatos. Liuius leui armaturæ tribuit, sed veteri. vt initio belli Punici secundi: Romani pedites verutis coniectis auertere elephantes. Etsi Hastæ velitares haud longè iuerunt ab istis, si non eçdē. Meminerunt Verutorum alij, inferiore etiam æuo. vt Plinius, lib. XXXIII. c. IIII. Ferasq; argenteis verutis incessere tunc primū visum. Ita enim libri aliquot scripti: haud dubie verius, quam vasis, quod vulgo editur. et si alij etiam scripti,

scripti, *hastis*: pariter recte. Significat autem Plinius, tantam abundantiam & profusionem Cæsar is in venatoriis ludis fuisse, ut in cetero apparatu argenteo, feras etiam peti interficique iuss erit lâceis ex argento. Vtitur & Aminianus li. xxvii. *Verutis hostilibus forabantur, & pilis*: tribuitq; Romanis. Seruat ipse discriminem, vt videtur, quod Vegetius suggestit lib. ii. c. xv. Duplex Romanis esse Pilum, Maius & Minus: quorum illud *Pilum* vulgo, istud (inquit) *tunc Verriculum*, *nunc Verutum* dicitur. Ambigimus. & itâne olim *Verriculum*? nō conuenit ea vox in telum: magis *Veruculum*, quâ voce Plinius usus. Sed nec id verum puto, & nonne clarum est priscos *Verutum* dixisse? & valde quidē priscos, quod exempla euincant. Dubito an non scripserit Vegetius: *quod tunc Verutum nunc Veruta dicitur*. Genus enim ætas immutauit. atque ita in Glossis: Βηρύτα, εἰδος ἀνορτίς: *Veruta*, genus iaculi. In Leone Imp. Βηρύτι, τὰ πιστεῖα λέγονται: *Viruttae*, Rhiptaria dicuntur. Seruile hoc telum putet aliquis à Silio dici, in libro xvii.

\* Ita lego:  
vulgò, ire.

*Qui nobis, memini, ad Cannas, lœtissimus \* ire,  
Seruili fers ora ducis suffixa veruto.*

Quod non ita est, sed illîc *Seruilli*, longâ & dupli ci extrema literâ scribendum, capiendumque de Seruilio Proconsule ad Cannas occiso, cuius caput hastæ præfixum. Quartum nunc

*Gesvm*, quod alij *GAESVM* scribūt, & sæpius sic Græci. Liuius lib. viii. in Hastatorum manipulo leues vicenos milites locat, & addit: *Leues autem, qui hastam tantum gesaq; gererent, vocabantur. Gesa nepe bina. ex Varrone apud Nonium: Qui gladiis cincti, sine scuto, cum binis gesis essent. In classibus Seruianis Gesanon nominantur, & vox ac telum peregrina videntur. Athenæus quidem Romanos petisse ab Hispanis vult, lib. vi.* οὗτοι Σαυριπποὶ θυρεῖς χρήσονται δὲ τοιούτοις γαίων: *à Samitibus scuti rsum, ab Hispanis gesorum. At alij magis dixerint à Gallis. Nonius: Gesa, tela Galliarum. Et Virgilius de iis: — duo quisque Alpina coruscat*

*Gesa manu.*

Propertius etiam de Virdumaro, eorum rege:

\* An *rectis rotis* id est, effedo.

*Nobilis è \* rectis fundere gesa rotis.*

Claudianus etiam quasi propriis insignibus Galliā ornans, li. ii. de laud. Stilic.

*Gallia crine ferox, euimetaque torque decoro,  
Binaque gesa tenens.*

Coma.

Comatain facit, Torquatain, Gesatain. Et in Polybij libro II. vi-dendū, an non verius sit Gallos illos, quos *Gesatas* dictos ostendit, ita à telo potius quām à mercede (quod ipse vult) agnominatos. Statius & Macedonibus tribuit, II. Achilleidos:

—didi quo Paeones armarotatu,

*Quo Macetae sua gesa citant.*

Sed ibi quidam scripti libri, tela. Parum est, poëtæ hæc confundunt. Quale autem fuit? Suidas ita: Γέσι, ὁ τελονή πόρος μανδύερ νερτερ, οὐ κατά Κρίτον ἔχει τὸν τοῖς Γεττοῖς: *Gesi*, telum vel contus longè feriens, ut *Crito* in Geticis scripsit. Verit & sic interpres Bibliorū, lib. Iudith c. IX. οὐ ποτε εἰς αποιδινή γαστρα, οὐ τρέξω: vertit inquā, contos, scuta, sagittas. Et grādus fuisse iaculum, etiam Festus indicat: *Ge-sum*, graue iaculum. & Diodorus, de armaturā Gallorum: Τὰ μὲν ξίφοντα παρέτεγισσαντα εἰσὶν ἐλάττω, τὰ δὲ σανίδα τὰς αἰματικές οὐχι τοῦ ξίφων μείζω: Gladij eorum non sunt minores aliorum hastis, hastæ ferrū habent maius aliorum gladij. si tamen de *Gesis* hisce, vt videtur, sentit. Pastorium telum Liuius id facit, lib. IX. *Iuere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus binisque gesis armati*. Silius ita ornat Pastorem Afrum, lib. II.

— omnia Pœnum

*Armenti vigilem, patro de more, sequuntur,*

*Gesaque, latratorque canis.*

Quintum, TRAGVLA. dicta, ait Festus, quod scuto infixa trahatur. Silius de Choaspe quodam Afro:

— cui tragula semper

*Fulmineam armabat, celebratum missile, dextram.*

Plautus: *Iam istam aliquo vorsu tragulam deiecero. Idem: Tragulam in te iniicere parat. Hispani vsl, & Annibal obsidione Sagunti, apud Liuum, aduersum femur tragulæ icitur. Apud Sallustium Metellus in Hispaniâ, iictu tragulæ sauciatur. Sed & Galli, apud Cæsarem: Monet ut tragulam, cum epistolâ ad amentum deligata, intramunitiones castrorum adiiciat. Ab iisdem (quinto Gallic.) T. Baluentio vtrumque femur tragulæ traiicitur. Vsi & Romani, in Suidâ: Κόττας ἐχεῖσα το τῷ ὄπλῳ, ὁ ξαγόλας ἐλέγετο, μεθ' εἴ τοι βασιαν ἀφει πληγὴν, οὐσε τὸ Ελιθεντα δέ το τεθαλεγεν Θρησκευτικὸν πλευρῶν στρεψεῖσαι, Κατὰ γῆν ωσον λῶσαι: Cotta vtebatur telo quod *Tragula* dicebatur, quo tam validâ plagam inferebat, ut percussum per loricam, per latera, transfigeret, et velut clavo terra affigeret. Validum igitur telum: sed quale, haud aliter scio, nisi quod*

hamatum fuisse suspicor, ob etymon illud à trahendo. Sunt & Vegetio, lib. II. cap. xv. *Tragularij, qui ad manuballistas vel arcuballistas sagittas dirigebant, significacione paullò diuersâ.* At sexto,

**SECVRIS** etiam in hoc numero, quam & missilem reperio; et si cominus pugnasse eâ non nego. Sidonius de illâ. Panegyr. ad Maiorianum:

*Excusisse citas vastum per inane bipennes,  
Et plaga præscisse locum, clypeosque rotare,*

*Ludus erat.* Hoc ille de Scythis. & idem de Sigimere iuuene regio, eiusque comitibus, libro IIII. epist. xx. *Lanceis uncatis, securibusque misilibus, dextra referat.* Horatius Rhœtis etiam donat, nec exprimit tamen missiles:

— quibus

*Mos unde deductus per omne*

*Tempus Amazoniâ securi*

*Dextras obarmet, querere distuli.*

Atque etiam nunc habent & sic vtuntur Boiemi, & vicini. Veteres item Galli, ex Ammiani xix. *Galli morarum impatientes, securibus gladijsq; succineti, patescetâ sunt egressi portâ.* Procopius de Frâcis: *Gestant ensem, clypeum, & securim, cuius ferrum crassum est, & utrumque acutum.* Hanc Franci securim in primo ipso congressu iacere in hostem consueverunt eo impetu, ut scuta perfringant, & ipsos simul intermant. Vim teli aduertite. quod ipsum an non est, quod

\* Haec non strâ lin-  
guâ.  
*Haggones*, patriâ linguâ dixerût? In Suidâ: Ἄγαγος, οὐπιχώεια δόεγτα ταῦθα Φράγκοις: *Aggones, patria iacula apud Frâcos.* In Eustathio describitur: Ἄγαγος, εἰδος δόεγτος Φρεγγυμάς, ἐπε λίται μωρῷ, ἐπε μεγάλῳ, ἐπε πλεῖστοι σιδήρῳ πτερίχῃ. *Angos, genus hastæ Francicæ, neq; lôge admodum, neq; magna, quæ plurimi ferro tegitur.* In Agathiâ etiam clarius: Breuiatela, quæ ipsi Anconas vocant, cuius pars maior ferro obducta est, ita ut ex ligno aliquid, præter manubrium, vix existet. In superiori ferro, tamquam hami utrumq; sunt, & deorsum vergunt. Non est planè Hallebarda nostra: et si hec potest inde nata esse, Suntne Grœcorū διβόλια? Plutarchus de Cimbris & Teutonis, in Mario: ἀνθηπομα δὲ ἐν ἑνὸς φρέσκοις διβόλια: Iaculum cuique erant, secures, sive bipennes. Ita equidem verterim, nec aptius video, vel ad morem gentis, vel ad vocem Grœcam. Quæ item in Herodiano, sed corrupta, lib. II. Seuerus Imp. inquit, ius sit militibus suis (ex Illyrico venerant) cingere & claudere Prætorianos,

## DIALOG. V.

*Amenta quid fuerint, & quo fine.*

**A**DAM. Magister, te aspicio, & tacitus posco. LIPS. Quid?  
**ADAM.** Missionem. LIPS. Iustam quâ possum, vix exploris primis stipendijs? **ADAM.** Da gratiosam. LIPS. Indulgebo, si addideris de *Amentis*, quæ nexa esse huic Iaculatoriae rei, non ignoras. **ADAM.** Nec ausim, nec ius est refragari. Pars enim mei sermonis sunt: & Iacula aliâs manu solâ missa; aliâs loro reuincta, & eo excusso adiuta. Id dicebant *Amentum*. Glossæ: *Amentum, ἀμέντοντας: vinculum iaculorum.* Eodem: *Amentum, ἀμέντοντας: vinculum iaculorum.* id quo tenetur hasta. Festus: *Amenta, quibus ut emititi possint vincuntur iacula. ex Greco, quod est ἀμέντοντα, vel quia aptantes ea ad mentum trahunt. Latini & Nodum vocant. vt Silius, I.*

*Huic impulsu leui torquetur lancea nodo.*

Statius in III.

*Fræna tenent, duplexque inserto missile nodo.*

Item *Ansam*. vt Latinæ glossæ: *Amentum, corrigia Lanceæ, que etiam Ansula est, ad iactum. Inde Ansatae Ennij:*

*Ansatas mittunt è turribus* —

Iterum:

*Postquam defessi sunt stantes, spargere sese  
Hastis ansatis.*

*Habenam etiam alii. vt Guntherus poëta lib. x.*

*Qui iaculum valido longè torquere lacerto,  
Longius excusâ didicere potenter habent.*

Græcorum id inuentum est Plinio, qui *Etolum Martis filium, iaculum cum amento repperisse*, libro VII. tradidit. Fuit autem non aliud quâm lorum reuinctum in hastâ mediâ circiter, quod manui deinde & primoribus digitis illigabant leuiter, in emissu cum impetu soluendum. Quod in mediâ, Seruius: *Amentum, lorum quo hasta media religatur.* Imò Isidorus *Lanceam hinc format, quia aequalis lance, id est aequabilis amento ponderata vibratur.* Habet enim, vt præmisit, *amentum in medio.* Et profectò hæc Græcorum μεσάγκυλα, nisi fallor: etsi quasi teli certum genus Grammatici proponunt. Hesychius, μεσάγκυλα αὐτόντα. Felitus, *Mesancylum,*

*teli missilis genus.* Poterant & debebant explicatiūs, telum amentatum. Certe Græcis ἀγνύλη amentum est, & ἀγνυλίεσθ, amentare propriè; et si interdum pro Iaculo & Iaculari usurpat. Strabo libro IIII. Εἴτε δέ πή γρόσφω ἐπικέχυλον, ἐπιχειρός επικέχυλον εἰπεῖν, πλειολώτερον δὲ βέλους: *Est etiam (Gallis) ligneum telum*, hastæ velitari simile, è manu non ex amento missum, quod longius peruadit sagittā. Nescio an Gesum intellegat, an aliud leuius telum. Xenophon libro v. Anabaseos: Ταὶ πελταῖς παρῆγεις διηγυλισμέναι ἔναι, ὡς ὅπόταν συμμῆνη, αὐτοῖς τενέον: *Peltastas iussit amentis aptis tensisque incedere, ut cum signum daret, iacularentur.* Itaque etiam ante pugnam, prompti scilicet & parati sic incedebant, strictis illigatisque amentis ad digitos primores. Seneca in Hippolyto:

*Amentum digitis tende prioribus,  
Et totis iaculum dirige viribus.*

Contrà, ubi ignavia aut metus, laxè ea habebant & solutè. Statius libro XII.

— *stat debilis altera pubes,*  
*Summissos enses nequidquam amentaque dextris*  
*Laxa tenent.*

In alacritate & promptitudine bellandi, surrecti enses sunt, & amenta intensa: utrumque hīc contrà. Quod etiam in pluviā siebat, & humor resolutebat. Liuius libro XXXVII. notat, Antiochi copias ininūs utiles factas, quòd humor arcus, fundasque, & amenta iaculorum molliuerat. Quia amentum igitur roborat & incitat hastam, inde metaphorā Tertulliano, aduersus Marc. lib. IIII. *Christus amentauit hanc sententiam, Non potestis Deo seruire & Mammonam.* quod est fortiter & seriò edixit, & velut amento intorsit. Ita Ambrosius VII. epistolar. *Intorquenda est illa amentata, non manipularis sententia.* Nec Manipularis ibi gregarium militem signat, aut eum respicit, sed ipsam comprehensionem, quæ fit manu. Inde *Hastæ amentatae* Tullio & Fabio, fortes & sic ligatæ: denique in Lucano id verbi:

*Cum iaculum paruâ Libys amentauit habendâ.*

## DIALOG. VI.

*Arcus & Sagittarij descripti.*

**D**IXI, nunc alius. C A R. Quin tu idem : decet te, & placuisti. ADAM. Nónne mislus sum? C A R. A Tribuno, non à consule : meum hīc autem primarium iimperium, quod nec Lipsius negat. A D A M. O fraudem! C A R. Imò sine fraude, tu perage inceptum. *Sagittæ* tibi restant. L I P S. Nam hercules Adame hoc exciderat: non misissem, si in mentem fuisse. nunc reuoco iterūm sub signa. ADAM. Vos traditis operas mutuas: denique verbo veteri, *Magni paruos*. Atqui parendum, aut flendum est. *Sagittæ* igitur nescio an ab antiquo Romanis. ego quidem vix legere memini in historiā veteri, & Liuus aut Dionysius vbi classes armant, *Sagittas* nusquam dedere. Quid Polybius? minimè: nec Graues eius aut Leues his vtuntur. C A R. Vide quò vadas Adame: ego memini. Non crebra, fateor, mentionio:tamen est. & ecce in Dionysio lib. ix. sub prima tempora libertatis, *Æquos narratur castra Romana oppugnasse, neque absterritos* επαλτήστε \* τεξορύ, επε \* χερυδων σφεδόνις αφεμένων Βολαις: \* Legenda vel hastarum, vel sagittarum, vel lapidum è fundâ emissarum iactibus. <sup>τοξευάτων</sup> <sup>τοντών</sup> Iterūm alibi idem: Οι φλοί σωνίων τε βολαῖς, καὶ τοξευμέσοι, η λιθοῖς δὲ σφεδόνις μεχόμενοι. Leues milites (Romani) hastarum iactibus & sagittis, & lapidibus è fundâ missis pugnantes. Deniq; clarissimè Vegetius: *Quantum utilitatis boni sagittarij in prælijs habeant, & Cato in libris de disciplina militari euidenter ostendit; & Claudius pluribus iaculatoribus institutis atque perdoctis, hostem, cui prius impar fuerat, superauit.* Si Cato dilaudat ille Priscus, quid certius quām apud priscos fuisse? A D A M. Tamen etiam nunc ambigo: nec valde mouent, quæ adduxti. Dionysius semel aut iterūm nominauit: quid si incogitantiā aut casu? at idem, vbi opus maximè fuit, non fecit. Vegetius ingerit: sed nempe veterum rerum parùm firmiter sciens, nec peccem, si testem hunc abijciam aut sperniam. In isto ipso loco Sagittarios cùm laudatum it, Claudium adducit qui *Iaculatores* instituit. Deus te amet Vegeti! scitus & bellus argumentator es, à Sagittis ad iacula transis. Atqui Claudius ille, siue collega eius, ad Capuam non nisi Velites instituerunt,

runt, quos tu (& id benè) Iaculatores appellas. Grande autem discrimen: ac subuereor ne idem in Catone sit, & ille non nisi tales aliquos, qui eminus mittunt & iaculantur laudauerit; tu trahas etiam ad Sagittas. Quidquid sit, monere hoc volui: si exépla alia refellunt, desino libens opinionis huius, & tuæ do manum. Illud quidem haud abnuo, fuisse post Punicum bellum secundum creberimè in Romanis castris; sed Auxiliares nempe, non ciues. In hoc numero maximè Cretenses, quos & excelluisse hac peritiâ certum est: & quidam originem primam ad eos trahunt. Diodorus ita sentit, *Apollinem repperisse arcum, & indigenas Cretenses docuisse sagittariam*. Isidorus accedit: *Sagittis pri-mùm Cretenses vñsunt*. Plinius tamen aliter. &, *Arcum ac sagittam (inquit) Scythen Iouis filium, alij Persen Persei filium inuenisse dicunt*. Isti omnes oculos rettulere ad populos qui arte eâ clari: atque ita alij ad Scythen, quia Scythæ eminent; alij ad Persen, quia Persæ, hoc traxerunt. Becanus noster libens suffragium suum Schytis donet: quòd nostrate lingua Sagittare, etiā nunc est Schie-ten. Inde ergo Scythæ dicti; & pro veteri pronuatione y Græ-canici, ipsi Sagittarij hodie Schutters. Quid ajs Lampsoni? aures arrigis? hæc valdè pro tuo Becano. LAMPS. Fateor, ego & plures virum hîc amauimus (sæpè nobis aderat) virum in sermonibus & subitis dissertationibus ad miraculum promptum, & facundum.

ADAM. Scythæ igitur inter inuentores censemur, & celebratur *Arcus Scythicus*: cuius forma expressa in Athenæo, lib. x. Nam ibi pastor, cùm nomen ΘΗΣΕΙΣ vellet exprimere, & singulas litteras rebus aut imaginis cuiquam assimilate: ait

*Συνθηκε δὲ τόξω τὸ ξύρον πατεμφέρει.*

*Sed tertia arcui Scythico similis erat.*

Et est sanè vetus Græcorum Sigma, tali omnino formâ. Valerius Flaccus idem ostendit, cùm Tanaim quâ in Mæotim erumpit, cum arcu Scythico componit, libro IIII.

*Atque hac Europam curuis anfractibus curget,*

*Hac Asiam, Scythicum specie sinuatus in arcum.*

Sed & Parthi hoc tali arcu vñs: & exstant Nummi M. Antonij, in quibus sic expressus. Ab arcu Festus notat Arquites dictos, arcu prælantes, qui nunc, inquit, Sagittarij. Sagittæ ipsæ dictæ etiam Virgæ, vt in Claudio, lib. I. de laud. Stilic.

*Quis*

*Quis Stilicone prior ferro penetrare leones  
Cominus, aut longè virgā transfigere tigres?*

Etsi tentauit ibi aliquando, *virgatas figere tigres*: quoniam & in Silio legeram, *virgato corpore tigrim*. Sed desino, & illud teneo, interpresorū vel Iaculum, vel Sagittā. Sic & Græci vñi voce ράβδος. vt Cedrenus de Nicephoro Imp. eduxisse eum scribit in Bulgaros, πολλὰς πέντας σφερδόνας καὶ ἑβδόμης ἀπλισμάνες: *multos pauperes, fundis tantum & virgis armatos*. Iterūm, de omnibus Basilio ad Imperium: Οὐ βασιλεὺς τοῖς θήραις ἔξει, καὶ κατεύσοχθας λαγών τῇ ράβδῳ, τῷ ἵππῳ καθίλλατο τοῖς σφαῖξαι τὸν λαγών: *Imperator ad venationem exierat; & certo ictu cum leporē virgā tetigisset; descendit ex equo ut interficeret*. Sunt & in Manilio versus, de ijs qui in Sagittarij ortu orti:

— dabit & iaculum torquere lacertis,

Et calamum neruis, & glebas mittere virgis,

Pendentemque suo volucrem deprendere cælo.

Velim & hīc Virgas pro Sagittis, nisi diceret glebas ijs missas. At qui glandes plumbeæ, fundis profectò mislæ; nusquam (meā scientiā) sagittis. An ad Fustibulum hoc refero, qui lapides glebasque mittebat? an ad tubos illos & canales oblongos, teretes, foratos, quibus etiam nunc Aucupes aues feriunt, emissâ per eos argillaceâ glebâ, spiritu collecto & fortiter expresso? Magis affirmarem, si veteres scirem visitasse. Sagittas tamen hīc non intellegi, illud etiam vincit, quod de ijs præiuit: *Et calamum neruis*. Nam calami, sagittæ. quia sæpè ex leuiore illâ materiâ: et si quædam firmiores atque etiam grandiores. Curtius de Indis, libro VIII. *Binum cubitorum sagittæ sunt, quas emittunt maiore nisu quam effectu. quippe telum, cuius in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur*. Sed & Arabes maioribus vñi. de quibus in Suidâ scriptor incertus: Οἱ δὲ Αράβειοι ἀρετῇ πολλῇ τῇ δὲ λαῶν διαφέρουσι, οἱ βέλεσιν αὐδερησιν χειρότεροι, αὐτοὶ τῷ χειρὶ τῷ ποδὶ ἐμβάνοντες εἰς τὴν νορᾶν, κυνῆσι τῷ τέξον: *Arabes virtute multum alijs præstant, qui sagittis hominis longitudine utentes, pro manibus pedem in neruum ponunt, ac sic arcum intendunt. Pleraque autem Sagittarum hamatæ, & ne facile euelli possent*. Propertius de Amore:

*Et manus hamatis utraque est armata sagittis.*

Quædam triplici hamo. Statius lib. IX.

*Aspera tergeminis acies se condidit uncis.*

a

Quædam

Quædam quadruplici, quæ sunt Hippocrati πεδίγων βέλη, quadrangula sagittæ. At illæ Parthorū mirificæ, quæ videntur aciem super aciem habuisse: si Dionem satis intellego, in rebus Lucculli contra Tigranem, libro xxxv. Kαὶ ἦν τὰ τραύματα χαλεπά οὐδολατεῖ, ταῦς τοῦ ἀντιοῦ σπιλαῖς ἐχεῖντο, καὶ αρροσένη ἡ ἐφίρμωτον ἀντάς, οὐτε ταῦτα θέλει εἶναι ἐμμένει τῷ Τίτῳ ὁ μαρσόν, εἴτε οὐδὲ εἰσέληντο, τάχυσα ἀντάς διολυκίας, τὸ γὰρ ἔτερον τὸ δεύτερον σιδήρεον ἔνδον, αἴτε μηδεμίαν ἀνθολκὴν ἔχον, ἐγκατελέγετο: *Vulnera autem erant grauia & agrè curanda. Nam dupli ci acie uter- bantur, & sic adaptabant, ut siue sagittæ maneret in corporibus siue ex- traherentur, celerrimum interitum adferrent. Alterum enim illud se- cundum ferrum & cuspis, ut quod nihil haberet quo retraheretur, in- tus relinquebatur.* Significare videtur; velut cùspidem super cu- spidem fuisse, quæ tenui ferro siue nexa, in corpore ferè maneret & ruineretur, si quis tentaret educere. Secundum igitur ferrum in- tellegit, illud primum in iectu: ordine quidem à ligno, secundum Plútarchus qui & ipse has sagittas, toties in metu & noxā Romanis, describit, nihil tale: dumtaxat dicit habuisse ἡγεμονίας ἀξίας: hamatas & vincinatas acies. Idem vires earum mirifice at- tollit, & terroci fuisse Craffli militibus τὸν πόνον τῆς οἰστρανής τὸν ἑρώεν, ὅπλα τε ῥηγμών, & διὰ παντὸς φερεμένων δριών ἀντιπόσην μαλακεῖς ταῦ- μεροι: intentionem tenoremque & robur sagittarum, arma perfrin- gentium, & per omne quod obstat durum aut molle penetrantium. Atque has sagittas emissas ἐπὶ τοῖς περαταῖς ημέραις, & τῇ συ- δίοντι τῆς ναυασπῆς ἱναγκατμένον τὸ βέλον διποτελότον: ex arcubus vali- dis & magnis, qui & ipso obliquo illo flexu adactam telum violentē emittebant. Vbi notabis etiam incuruos & Scythicos arcus (quid mirum? Parthi Scytharum progenies) de quibus prædixi. De si- mili violentiâ, affirmit etiam Procopius, qui Romanorum Sa- gittarios valde laudat sub Iustiniano, ac sic describit libro 1. Bell. Persic: *In bellum thoracati prodeunt, tibialia siue ccreas etiam in- duti. Ab uno laterum pharetra, ab altero ensis dependet. Sunt & qui his tam ferant, & paruum supra humerum scutum, ut ora ceruicemque tucantur. Equitant præterea peritissime, ut vel equo currente obiter hostem & persequendo possint & fugiendo, ferire. Arcum ipsum longè validorem usque in dextram tendunt aurem. Tali igitur nisi emissam sagittam, mirum non est frustra non mitti, cui neque Thorax ullus neque Scutum possit resistere. Aduerte hæc postrema, cōtra vulgi ἀποστολ: & si-*

\* Aut ut  
innolucru  
inserta.

& simul totam armaturam Sagittarij, qui æuo Iustinianæ & circiter fuit. Nec enim tunc profectò nudi aut leues, quin & Vegetius *cataphractas* & *galeas* ijs adsignat. Ideoq; & in acie struendâ, idem cum grauiori milite miscet. Imò verò iam ab Augusti, & paullò antè, æuo duplices Sagittarij in exercitu, Equites Pedetesq;: quos & in Tacito & alibi leges. Addo, thecas sagittis fuisse, quas *Pharetras* aut *Corytos* prisci dixerunt: et si Leo Imp. hac posteriore voce ferè vtatur, pro tegmine ipso & receptaculo arcus. Idem pharetras, \* *Cocura* siue *Cocurra* identidem appellat: & \* *Kokerens* agnoscitis nostratem vocem, qui hodieque sic vocamus. Idem *Scorteum*, *Festo*.

I. L I P S I  
 POLIORCETICON  
 SIVE  
 DE MACHINIS,  
 TORMENTIS, TELIS,  
 LIBRI V.  
 DIALOGISMVS I.

*De Repugnatione additum: & primò quid in Testudinem, aut Scalas.*

**D**E SIERAT Adamus, atque ego abitus commonebam nos & surrectionis. Sed Billéheus, Surgere quidem haud displicet, nec veto: abire haud placet, & planissimè veto. Itane parte vel preceptuā sermonis neglectâ, aut omissâ? L I P S. Mihi non videatur, & censeo fideliter, quod promisi, dedisse. *De Machinis, Tormentis, Telis*: dedisse dico, aut dari curasse. Nam & ab his æs solutioni in parte sum mutuatus. Sed quid tu vltra poscas? BILL. Quod res, quod natura, & isti omnes. *Oppugnatio* dicta adfusatim & docta est: Quid *Repugnatio*, nulla erit? & miseros illos sic perire patimur inultos & indefensos? Mihi non vide-

tur, & vel ipse potius propugnem. L I P S. Tu facito, si vide-  
tur: ego me non adstrinxi, nec dabo. C A R. Certum est? L I P S.  
Certum. C A R. Atquin cum Billéheo sentio, fastigium huic  
operi imponendum, nec id quoque relinquendum sine tecto.  
Age iuuicem iuuemus Billéhee, tu ordire, excipiam: nec Lip-  
sius hic suppetias venire negabit. L I P S. Commitare, hoc  
possim: sub vestris præsertim signis, qui sic amici: at ducere  
agmen, & præesse, id recuso. B I L L. Incipimus igitur, tu me-  
mento succenturiatus esse. In *Repugnatione*, amici, ordinem haud  
diu quærendum sermonis censeo: utar eo quem Lipsius præ-  
uit: & quæ series in oppugnando fuit, hæc sit in tutelâ. Ad sin-  
gula nocumenta aut plagas, pro meâ copiâ & peritiâ, medelas  
dabo: sed eas dico, quas legendo didici, & vetus illa ætas sup-  
peditauit. Primum igitur, quod Lipsius noster in obfessos mo-  
uit, idque in *subita oppugnatione*, *Testudo* fuit, & globus militum  
densus; qui incurrit, & nisi amolimur, scandit. Resistebant,  
& *Saxis aut Ponderibus* aduentantem obruebant, aut certè disli-  
pabant. Tacitus III. Hist. *Tum elatis super capita scutis, densâ te-*  
*studine succedunt. Romana virimque aries. pondera faxorum Vitel-*  
*liani prouoluunt, disiectam fluitantemque Testudinem lanceis contisque*  
*scrutantur: donec solutâ compage scutorum, exsangues aut laceros*  
*prosternerent.* Primum igitur erat (ex his verbis) *saxis* obruere: si  
pars aliqua leuiter cessisset aut se abiunxit; tum *Contos aut Læ-*  
*ceas* inferere, & iam intutos, lapidibus, pilis, alijsque missiliis  
prosternere. Lucanus hæc eadem, de Massiliensibus in Julianos:

— sed pondere solo

*Contenti, nudis euoluunt saxa lacertis.*

*Dum fuit armorum series, vt grandine tecta.*

*Innocuâ percussa sonant: sic omnia tela*


*Respuit. at postquam virtus incensa virorum*

*Perpetuam rupit, defeso milite, cratem,*

*Singula continuis cesserunt ictibus arma.*

Quod si qui per ipsam Testudinem tamen scanderent; ij verò  
(ex Tacito eodem) gladijs & armorum incussu precipitati, sudibus  
& pilis obruebantur. Hæc propriè in Testudinem: quid in *Scalas*,  
quas noster subiunxit? *Furcas* video usurpatas. Liuius XXVIII.  
Et iam qui erexerant ad murum *Scalas*, *Furcis* ad id ipsum factis detru-  
debantur.

debantur. Certum fuisse Furcæ genus ostendit, oblongioris, credo, aut in perticâ longiore. Scriptor in Suidâ : παρονύμοι δὲ καὶ δι-  
τεγαντες αὐτοῖς τὸν οὕτον λεγούσιν σκαλῶν προσταχωγήν: Præparatae &  
Furcæ erant, ad impediem dampnum Scalarum ( ita appellant ) admitionem.  
Dupliciter igitur Furcæ utiles, ad Scalas ipsas rei ciendas & re-  
supinandas, sed & homines ipsos. Vidi & Furcæ genus in ar-  
mamentario Bruxellensi, quod brachia, collum, pedes appre-  
henderet, ac scitè tum coiret. Ita vincitum hominem trahebant  
& adducebant.



## DIALOG. II.

Plura alia in Ascendentes. Oleum, vasa picis, sulphuris, bituminis, &  
in fundis iacta. Plumbum, Ferrum, Arena, Retia.

**H**AEC igitur in ista: an non alia communiter in Ascendentes? ita, tum in eos dico qui Testudine nixi; tu & qui  
sparsi aut sine eâ. Primum inter hæc, Liquida quædam reperio,  
aut Liquefacta: ut Oleum feruens, Picem, Bitumen, Plumbum, & si-  
quid tale. De Oleo, in Iosepho: Cum Romani iam in uicem se ad-

bortati, laterai unxiissent, ac desuper protecti longioribus scutis inexpugnabilem globum fecissent, muroque succederent: tum ille (Iosephus ipse qui scripsit) feruenti Oleo perfundi eos iubet. Quod Iudei prompte & cupide fecerunt, ipsis etiam ahenis bullientibus in eos missis. Quae res Romanorum connexionem soluit, & cum magno dolore à muro abiabant præcipites. Celerrime enim oleum à capite ad pedes, per omnia se se arma insinuabat, & carnem instar ignis depascebatur. quippe quod natura facile acceditur, & tardè refrigeratur, ob pinguedinem & lentorem. Loricis itaque & galeis illigati cùm essent, fuga non erat huius pestis: sed nunc subtilientes, nunc dolore se incurvant, decidebat de Pontibus. Pulchre omnia descripta, & graphicè: atque ego in totâ historiâ, siquid mei iudicij est, Iosephum habeo prudentem probumque scriptorem. Alterum quod iniicii solitum, Pix, Sulphur, Bitumen. Sallustius, Iugurthino: Opidani in proximo saxa volvere, prætereà picem sulphure & tædâ mistam ardentina mittere. Cæsar vii. Picem, reliqua sive res, quibus ignis excitari potest, fundebant. Quæ talia vasim pluriū inferebant, siue fictilibus. Ut in Herodiano, de Aquileiensibus, cùm Maximinus oppugnaret. Οἱ δὲ λίθοις ἔβαλον ἀροεῖν, & πυρῶντες θεῖσθαι τὸν ἀσφάλτῳ πίτταν, κοίλοις σπειρεοῖς ἐμβαλόντες λαβάς δηπὶ μήκει ἔχοι, καὶ πυρώσαντες ἀμφὶ τῷ περιστελλέσσι τοῖς ρεῖσι, κατεπειδάννουσιν, καταχέοντες ὅμβρα δίκην ὄμοθυμοδόν: Illi verò saxa desuper iaciebant, & miscentes picem sulphuri ac bitumini, in cauis vasim longa manubria habentibus, cùm ea feruefecissent, appropinquanti exercitui iniiciebant, & imbris in modum dense & confertim inspergebant. Aiminianus, Corbes Sitellasque è ferro huic rei adhibet. vt libro xx. Corbes in materias ferreos, plenos flamarum, & sarmamenta aliaq; ad ignes concipiendos apta iaciebant. Ibideim: Faces, sitellasque ferreas onustas ignibus, in Ariete magnis viribus iacentes. Aliibi & Qualos appellat, sed ipsos vitrineos & vna cum materie ardentes: Quali simulantes, pice & bitumine oblieti. Quæ ita iunctim pono, quia adsident & vicina sunt; et si haud ignorem, non in viros tantum, sed in machinas ipsas ligneas usurpata. Nec omitto verò, hæc talia Vasa eminus etiam proiecta in hostem, idque auxilio Fundarum. In Appiani Libyco: Εὐρεῖσθαι δὲ χώματα ἡγεμονικὰ τοῖς πύρσοις, δαδεῖς τε συγκεκομιμένοις, & θεῖσι εἰκὼνθωσι & πίσσων, ἐπ' ἀντεῖς ἐσφεδόνευ: Romani aggeres excitarunt oppositos & aduersos Turribus, & Faces apparantes, itemque Sulphur &

Picem

Picem in vasis, fundis emittebant in ipsas. Poteram aliter & faculandi communiore verbo interpretari, scio: sed praeit ad illud & dicit Dionysius, qui de priscis illis Romanis, Capitolio a servis capto & infuso, aperte ita scribit, libro X. Kal oī μὲν δπὸ τῷ πλησίον οὐμάν, αὐθάδτε καὶ τόσης πεπυρμένης ἀγγεῖα σφραγίδων εὐρισκόταις ταῖς τετέλειον υπέρ τὸν λόφον: Atque alij à vicinis edibus, bitumine & pice feruidda vasa repleta \* fundis inferentes & adaptantes, iaculabantur super ipsum collum. Et ad hæc ego Vasa, siue Ollas, Hesychij A'stioχοv referendum puto, sic descriptum: A'stioχοv, ἀγγεῖον πεπερέες, εἰς δέ τοις οὐχέστις τοσαν καὶ θεῖαν, ηγετούσιον, ἐφέταν. ηγεταὶ οὐδέπερτο, ἔκαιε τὰ περιστατικά: Astiochus, vas rotundum, in quod infundentes picem, & sulphur, & stupam, emittebant. & quod deferebatur, adurebat obvia. Magis dico, huc quam ad Malleolos facit: & eodem Cæsaris hoc duxerim, è Commento v. Galli, maximo coorto vento, feruentes fusili ex argilla glandes, fundis; & ferues facta acacula, in casas qua more Gallico stramentis erant testæ, iacere cœperunt. Vasa, dico, argillacea acceperim, repleta feruenti ināterie: & in eum Orofius, qui in hac re scribit: Testas, fundis, feruentes intorsisse: quas Cæsar Glandes à simili vsu dixit. Iam & Plumbum liquefactum adnoto infusum scandentibus, in Polyæno, vi. Stratag. Πάλιν δὲ μὲν πολέμιοι χελώνας περάγοντες τὰ τείχη σωθεῖσιν. οἱ δὲ δπὸ τῷ περάγοντες τείχαν μόλιβδον πητόν εἰς χελυεῖσις περαθεῖστες πετέχεον, οὐδὲ οὐσιέσταιε τὴν χελώνην σφελύεσθαι. Iterum cum hostes Testudinem admonissent, murosque subruerent, illi à muris plumbum liquefactum, in vasis æreis protendentes, effundebant, eoque facta testudo soluta est. Nota & hic, prætendisse, nempe in perticis contisque: quod & in Herodiani super verbis expressum. Atqui non plumbo solum usi, sed & Ferro. quod cum fundi non posset per naturam, raserunt in puluerem: eumque ignitum sic iniecerunt. Scriptor in Suidâ: Τητά τε οὖτα καὶ χυτά εἰς πολεμίους οὐκ πυρὶ δέ επερδεῖσιν εἰσάλετο. ταῦτα τε ἀλλα, καὶ τὸν σιδηρῖν γῆν, οὐ πυρὶ πολλῷ διεφανῆ ἐργαταίδων, καὶ τῷ υποιότερον τείχῳ ἔχειν έμενον: Liquida omnia & fusilia in hostes, ex superiori loco, feruentia mittebantur. Inter alia vero & ferri puluerem, quem multo leg. igne candentem reddiderant, in murum subeuntes parabant effundere. Cui adsimile est, sed parabilius, quod Curtius Tyrijs factum in Macedonas narrat, libro IIII. Ij. clypeos æreos multo igne torrebant, quos replete feruidda arenâ cenoque decocto, è muris subito derollebant.

\* Manu-  
rijs: sed &  
lucuit in  
fundis bal-  
listarū ma-  
iora pou-  
la.

woluebant. nec vlla pestis magis timebatur, quippe vbi lorica corpūq; feruens arena penetrauerat, nec vllā vi excuti poterat; & quidquid attigerat, perurebat. iacentesque arma, laceratis omnibus quis protegi poterant, vulneribus nudi patebant. Hæc ipsa in eâ re Diodorus, libro xvii. nisi quod Arenam solam nominat, nec Cœnum vllum miscet: & machinā quadam sive extorsus eminente instrumento infusa hæc prodit. Denique & aliud in Ascendentes est, diuersum formā à dictis, sed sine iungendum. Diodorus scribit, eosdem Tyrios, retibus pectorijs, Macedonas scalis ascendentis, inuoluissē, & inutiles ita factos scalis facile detrusisse. Placuit inuentum ob nouitatem: & cur non gratuler fauemque humano ingenio tuentis magis, quām inuidenti?

## DIALOG. III.

Fœnum Græcum sparsum, Rumices, & Tribuli.

**I**AM aliud mihi callidum & nouitium in mente, quod Iosephus repperit in Romanos. Ille enim, cùm Iotapata, cui præterat, acriter oppugnaretur, & Pontibus per Aggerem admotis, in eo essent ut transcederent: Fœno Græco elixo (Græcè dixit, τὸν ἐφθινόν) iussit tabulas pontium inspergi & superfundi. quā re illi lapsantes & casabundi, incerto vestigio vacillabant, adeò ut nec progredi nec regredi rectis ijs esset, alijque super ipsos pontes resupini caderent, alij in Aggeres delaberentur. Hoc idem an in alio legumine esset, nescio, & periculi res egeret. LIPS. Mihi quidem hoc nouum, & alibi non lectum. De Rumicibus Tribulisque sparsis, id magis lègi: nec rarum fuit. BILL. Ita est, & appositè suggestis: nam & hi in Defensionem valent. Valerius III. cap. VII.

Vide Notas.

\* Is Polybius fuit, ex Plutarcho.

Scipio Æmilianus, cùm urbem præualidam obsideret, \* suadentibus quibusdam, ut circa mœnia eius ferricos Murices spargeret, omniaque vada tabulis plumbatis spargeret, habentibus clavorum cacumina, ne subitā eruptione hostes impetum facere possent: respondit, non esse eiusdem & capere aliquos velle, & timere. Hoc in obsidione Carthaginis euenisce, Plutarchus auctor in Apophthegmatis: Vbi Rumices istos, τερβόλας dicit: & Tabulas sic factas, οπίδας νευτεροὰς, afferes stimulis confixos. De plumbo nihil addit. quod tamen in Valerio, & vtile fuit ad tabulas firmandas & stabiliendas. Reperio &

rio & Sudes Plumbatas in flumine defixas, à Cassibelauno Britanno rege, contra Cæsarem, vt narrat quidem Beda, libro I. cap. II. Ripam fluminis ac totum sub aquâ vadum, acutissimis sudibus præstruxerat: quarum vestigia sudium ibidem vsque hodie visuntur, & videtur inspectantibus, quod singulæ earum ad modum humani femoris grosse, & circumfusa plumbo, immobiliter hærent in profundum fluminis infixæ. Plumbum iste circumfundit, grauitati, vt videtur, & ponderi: minimè Dio, Cæsar, aut alij qui hoc exseculi. Cæsar tantum: Ripa erat acutis sudibus præfixis munita: eiusdemque generis sub aquâ defixa sudes flumine tegebantur. LIPS. Memini vtriusque loci: & leuis mihi suspicio, sed verè leuis, an non in Cæsare, plumbo tegebantur. Flumine enim tectas quis nescit, si sub aquâ, quod præiuit? Deinde, vnde hoc hauserit Beda, si non à Cæsare? sed temerarium sit asserere, & vnu atque ætate magis in ipsis cunctor. Tu perge. B I L L. Rumices igitur sparsi, contra ingressum; & in opidorum tuitione item utiliter possint: sed & castrorum. Nam ita in Tacticis Leonis Imp. Οπ τὰς τειβόλες ἐν σφικώμασιν διποδίδεμέναις ἔχοντες δι τὸ σεργάτην ἐρρίπτειν ταυτὰς κύκλῳ τὸ σεργάτην. Εότε μεθισταθεῖσιν, σύκλως ανταὶ διῃ τὴν σφικώμασιν ἀνελέγουται: Quod Tribulos in aculeis religatos haberent milites, eosque iacerent in ambitu castrorum: ac cum moturi illinc essent, eosdem ita facile colligebant. Vtile inuentum hoc ligandi, & sic retrahendi. Sed & quod in Herodiano atque alibi legas, contra equos & camelos quoque (quorum molles vngulæ) iis vni, sæpè cum successu. Remedium in eos, calcei è ferro aut duriore ligno. quod in Polyæni Strateg. I. obseruaui: cum Nicias dux Atheniensium in Siciliâ; tribulos contra equitatum Syracusium sparsisset, fugam & confusione eorum factam; sed & cædem, quia ipse Peltastas siue leuiter armatos submisit qui interficerent hærentes aut lapsos: Peltasta autem solida & dura calcamenta hoc fine habebant. In Vegetio autem Tribuli etiam è ligno sunt, sed extantes grandesque scilicet, nec iij potuerunt latere. Tribulus, inquit, est quattuor palis confixum propugnaculum, quod quomodo abieceris, tribus radiis stat, & erto quarto infestum est. Mihi displiceant, nec in magnâ re habeantur. Quid autem amplius? fraus succurrit, quâ Cremenses vni in Fredericum Imp. cum obſiderentur. Radeuicus ita narrat II. cap. LVII. Quædam instrumenta fabricarunt, Muscipulis quidem si- b milia,

milia, sed pro quantitate humani corporis fortiora, eaque per vias circa vallum dispergunt: quibus ignari multi harentes, aut capi facile poterant aut occidi. Item fossas quamplurimas hinc inde, desuper leui operimento contegunt, quas illapsi similiter capiebantur aut occidebantur.

## DIALOG. IV.

*Dolia, Cylindri, Molares, Columnæ, Metellæ, & talia iacta.*

**S**E D quædam ex dictis rara aut nouitia: lubet addere inter vetera, de Dolis, Cylindris, alijsque talibus, quæ & in Homines & in Machinas usurpabant. In Dione Cassio scribitur, libro LVI. cum Tiberius, post Imperator, iussu Augusti in Dalmatiâ res gereret, atque opidum aliquod in rupe assideret: οἱ, inquit, Δαλμαται ἦ λέθοις πολλάς, τὰς μὲν σφρόνας ἐπ' αὐταῖς ἔβαλον, τὰς δὲ καὶ κατεύλιθους, ἀλλοι τεχίους, ἀλλοι ἀνδρας δλας πλήρεις πετρῶν, ἄλλοι κιλωτὰς, καὶ φερεῖς θητικούς ποσούς πεπομπέας, ὡς λίθων γεισοτας, ηγέροντας: Dalmatarum alij lapides multos aut fundis emittebant, aut manu deuoluebant; alij Rotas; alij Currus totos petris plenos; alij arcas sue Dolia

\*Intellegit rotunda, \*facta more gentis, & lapidibus referta dimittebant. Veterior mentio horum talium mihi non lecta: nominatim de Dolis: quæ sic lignea, ostendit aliena à Romano vsu fuisse: & Plinius, Galliarum inuentum dicit. Hæc igitur saxis farcire solent, & sic cum pondere & impetu immittere, præsertim per declive. Lips. Ut confirmem, Heron ille Mechanicus plerique istorum commemorat pariter, cap. . sed ita versus, ut pigeat recensere. Tamen, ut in sublustrī nocte, aliquid videre videor, & hæc notare: Columnas, Rotas, Currus quadrirotos ponderibus onustos, Vasa textilia lapidibus aut terrâ madefactâ repleta, cuiusmodi sunt ea que ex tabulis figurâ circuli composita, vinum, oleum, & tales liquores suscipiunt. BILL. Benè iuuas: sed in Volateris propugnandis, contra Cæfarianum exercitum, Ferrucius Florentinus hæc Dolia oppôsuit: que saxis plena (verba louij) per diectus stratæ viæ, magno strepitu deuoluebantur: ita ut facile appareret vniuersos hostes, angusto in loco, vel si omnes intrassent, eâ doliorum & lapidum mole obrui potuissent. Porro nominantur & Annianus hæc Dolia, libro xx. sed in Machinas: Et vimineæ crates cum procederent confidenter, essentque parietibus contigua; Dolia de-

\*Intellegit rotunda, \*facta more gentis, & lapidibus referta dimittebant. Veterior mentio horum talium mihi non lecta: nominatim de Dolis: quæ sic lignea, ostendit aliena à Romano vsu fuisse: & Plinius, Galliarum inuentum dicit. Hæc igitur saxis farcire solent, & sic cum pondere & impetu immittere, præsertim per declive. Lips. Ut confirmem, Heron ille Mechanicus plerique istorum commemorat pariter, cap. . sed ita versus, ut pigeat recensere. Tamen, ut in sublustrī nocte, aliquid videre videor, & hæc notare: Columnas, Rotas, Currus quadrirotos ponderibus onustos, Vasa textilia lapidibus aut terrâ madefactâ repleta, cuiusmodi sunt ea que ex tabulis figurâ circuli composita, vinum, oleum, & tales liquores suscipiunt. BILL. Benè iuuas: sed in Volateris propugnandis, contra Cæfarianum exercitum, Ferrucius Florentinus hæc Dolia oppôsuit: que saxis plena (verba louij) per diectus stratæ viæ, magno strepitu deuoluebantur: ita ut facile appareret vniuersos hostes, angusto in loco, vel si omnes intrassent, eâ doliorum & lapidum mole obrui potuissent. Porro nominantur & Annianus hæc Dolia, libro xx. sed in Machinas: Et vimineæ crates cum procederent confidenter, essentque parietibus contigua; Dolia de-

gno Machinas duo tela valuerunt, *Saxa & Ignes*: in *Vineas* dico,  
*Pluteos, Musculos, Turre*s, & siquid tale. Sallustius Iugurthino:  
*Vineæ cùm paullum processerant, lapidibus aut igni corrumpebantur,*  
*Lucanus:*

Sed super  $\varpi$  FLAMMIS,  $\varpi$  magna fragmine MOLIS,  
 Et sudibus crebris,  $\varpi$  adusti roboris iectu,  
 Percussa cedunt CRATES, frustraque labore.  
 Exhausto, fessus repetit tentoria miles.

Et *Saxa* quidem aut *Pondera* iamnunc satis dicta sunt: *Ignes*, præ-  
 cipuum telum, restant. Iij varij. Fuere *Faces*, communes illæ è pi-  
 ceâ, larice, abiete, & quibus in vsum luminis domi etiam vñi: et  
 si hæ, credo, paullò robustiores aut grandiores. Has manu iacie-  
 bant & destinabant in machinas propinquas: sed & ijs pugna-  
 bant, vt dixit Adamus noster. Aliæ magis sepositæ & militares,  
 quas *Malleolos* dicebant. Id quoque duplex genus: Simplices &  
 rudes, de quibus ita Nonius Marcellus: *Malleoli* sunt Manipuli  
 sparthei, pice coniecti, qui incensi, aut in muros, aut in testudines iaciun-  
 tur. Et Festus: *Malleoli* vocantur, non solùm parui mallei, sed etiam ij  
 qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet ad similitudinem prio-  
 rum. Atqui hi non aliud videntur, quâm manipulus aut colle-  
 ctio sparthea, ligata in medio formâ quadam mallei, & pice aut  
 sulphure illita, sic proiecta. Ligni, aut ferri hinc nulla mentio. At  
 alterum genus, magis efficax & militare, quod teli in moré for-  
 matur, & aptatur. Id Ammianus ex professo describit, lib. xxiiii.  
*Malleoli*, teli genus, figurantur has specie. *Sagitta* est cannea, inter spi-  
 culum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ (fortasse quod,  
 ad ipsum ferrum) in muliebris coliformam, quo nentur linteas stamina,  
 concavatur, ventre subtiliter & plurifariam patens; atque in alveo ipso  
 ignem cum aliquo suscipit alimento. & sic emissalentiis invalido arcu  
 (actu enim rapidiore extinguitur) si baserit vsquam, tenaciter cre-  
 mat: quisque conspersa, acriores excitat astus incendiorum, nec re-  
 medio vlo quâm supraicto puluere consopitur. Lubet examinare &  
 verba: Ait, *Sagittam esse canneum.*] Ita & Vegetius: *Malleoli*, vel-  
 ut sagittæ sunt, & ubi adh. serint (quia ardentes veniunt) omnia  
 conflagrant. Clarius Herodianus & vberius, libro viii. in ob-  
 sidio Aquileiae: Αλλα μη ταῖς μιχαῖς περοτομέασι δῆδας ἵστ-  
 εαννοὶ οὐσίαις πλοι. Επιτίν δε συμένει, οὐδὲ ταῖς αὔρων αὐτὸις ἐχθροῖς.

αι αναφεσι τοις φερόμεναις, εμπαγεσι ταις μηχαναις, η ωρασθε φυκιαι, ραδιαι αντασκατέρλεγον: Sed & machinis admotis faces iniiciebant, pariter pice & resinā oblitas, & in extremo sagitta mucronem habentes. qua cum accensae deferrentur, infixae & inhærentes machinis, facile eas comburebant. Ultrà in Ammiano: Ignem cum aliquo suscipit alimento.] Vult cauum illud medium, e ferro sic aptatum, suscepisse alimenta ignis: quae? ab Herodiano iam dicta, & siquid simile. in Hesychio, vbi A'stioχος describitur, in fine additur: Ε'σι δὲ καὶ γένος λίθος καὶ ξύλος καὶ πηποσωμένος: Est genus etiam lapidis & ligni aridi ac pice oblii. Huc facit: sed magis, si emendes, γένος λίνου: genus lini. Profectò enim lapis h̄ic nusquam lectus, nec res exigit: sed linum aut stupa, continendis alimentis illis signis, & ipsum alimentum. In Liuio: Alij stupam picemque & malleolos ferentes, totā collucente flammis acie, aduenere. Et læpius de stupâ.

Vide No. 198. Est in extremo: Aquisque conspersa acriores excitat astus.] An quia natura ea picis & similium, quae pingua sunt? An si fortè ignem Græcum intellegit, quem paullò antè, Constantini Polygonati temporibus inuentum esse, Iohannes Zonaras in Vitâ eius scribit? Eum πῦρ νῆσον Græci vocitant, ignem humidum, quia & in aquis viuit. De eo eiusque vi Nicetas Choniates in Isaacio: Εὐτεται ταις ὀνκαις τῷ δυσήνων ωρασποντιών τὸ υγρὸν ωῦρ, δὲ τοῖς στέρεοντις φυτονοῦσι σπεύσοι, καὶ τὰς αἰσεπτὰς ἔξαίφνης αροίστοι τὰ ἔξαλματα, καὶ πυρά καθ' ὃν διεκπίπονται φλέγει: Fnūcitur adificijs miserorum, qui ad mare siti, ignis Græcus, quem tegentibus quibusdam vasis sapitum habuerant. is statim more fulminis erupit & exsiluit, & incendit quæcumque noctus est & incidit. Sed Ammiani ætas profectò ante ignem istum Græcum est: itaque aliud verius puto. Ecce de Malleolis sati copiosè: sed sunt quæ adsideant, et si non ipsi. Sicuti in Nicetâ Choniate lego, Armenios machinis Græcanici Imperatoris immisisse σιδήνεα αποθηρακίον, ferramenta minuta scintillatia: item: φλογερά σιδήνεα: ignit i ferramenta: quæ non existimo propriè Malleolos fuisse, sed hamos quosdam aut vncos ferreos siue & Mureces, qui toti igniti ad incendium adfigerentur. Docet me Radenicus in cap. LVII. Quoties autem ignito ferri pondere & ADVNCO, quò leuius (fortè melius) hæreret, machinas attentabant; qui desuper erant, aquis ignem restinguendo, VNCOS autem & HAMOS ferri, contus proceris & sudibus dissoluendo, conatus eorum in irritum

irritum reuocabant. LIPS. Optimè adnotasti, & in Herone me-  
mini hoc sensu & fine legere, *Murices ignem ferentes*. BILL. Ego  
verò & in Diodoro, Tyrios immisissæ in Alexandri machina-  
menta μύδης μεγάλου δέξποτες: *massas magnas ferreas, cudentes*.  
Iuuat notare & excerpere, vt constet pauca æuo isto inuenta  
(etsi aliter opinio est) pauca, dico, quæ non sint ab æuo illo me-  
liore & sapientiore. Ecce quām nouitia res habita, quod Ste-  
phanus Poloniæ nuper rex (planè inter magnos laudatosque)  
Moscouiae aut Liuoniæ munimenta aliquot lignea, globis sic  
cudentibus immisīs accendit, & cepit? Cùm Barbarus ille  
quereretur & fremeret, ius belli violari, & armorum decus pol-  
lui nouâ fraude: ridentibus nostris & gaudentibus in successu.  
At hæc tormentis immissa, dicet aliquis. Simile veteres. nam  
ego *Massas illas Diodori* haud aliter iaci potuisse censeam: &  
sunt exempla in alijs, palam ita factum. Tacitus IIII. Histor.  
*Crates Vineas que parantibus, adacte Tormentis ardentes hastæ*. Fa-  
laricas propriè dictas intelligit, quas Liuium audite, si iubet,  
libro XXI. describentem: *Falarica erat Saguntinis missile telum, ha-  
stili oblongo, & cetera tereti, preterquam ad extremum, unde fer-  
rum exstabat. id sicut in pilo, quadratum stupâ circumligabant, li-  
neabantque pice. Ferrum autem tres in longum pedes habebat, ut cum  
armis transfigere corpus posset*. Terribile telum, si examinatis, vi-  
su & ictu: & hæc talia, quid nisi præludia nostrorum fulmi-  
num? Scribitur autem, *hastili oblongo*, quod didici in meliori-  
bus libris esse, *hastili abiego*: & hastile tamen quin oblongum;  
haud abnuo; cùm Tacitus *Hastam* ideo appellat, & ipse Liuius  
ferrum trium pedum forimet. Minor ergo illa, & valde minor,  
quæ in Isidoro Falarica describitur, & tantum *cubitalis*. Sed nec  
in Appiani Illyricis iusta magnitudo: *Figulus bicubitales fudes,*  
*pice ac sulphure stupaque componens, ex Catapultis in Delminium ia-  
cit: que ab impetu succensæ, & lampadarum ritu per inane volitantes,*  
*quæcumque attigissent, igne corripiebant*. Ita hæc interpres, nec Græ-  
corum est copia, quia eâ parte publicè non existant. Sanè Silius,  
ex Liuio, in eâdem Saguntinâ historiâ pulchrè & floridè depin-  
git, sed grande, & quasi *Trabem*.

*Armauit clausos ac portis arcuit hostem*

*Librari multâ consueta Falarica dextrâ,*

Horren-

*Horrendum visu robur, celsisque niuosa  
Pyrenes trabz lecta ingis: cui plurima cuspis,  
Vix muris toleranda lues. sed cetera pingui  
Vncta pice, atque atro circumlita sulfure, fumat.  
Fulminis hæc ritu summis è mœnibus arcis  
Incita, sulcatum tremulâ secat aëra flammâ.*

Ex arce missam eam facit: quia ita solet è locis editis turribus-  
que mitti, quas prisci *Falas* dicebant: atque inde *Falaricae no-*  
*m̄en*, vt Grammatici volunt. Atque hæc \* mult à dextrâ missa, vt  
idem poëta: id est *Catapultâ*, ad quam plures operæ. *Lucanus*,  
de Scæuâ:

*Hunc aut tortilibus vibrata Falarica neruis  
Obruat, aut vasti muralia pondera saxi.*

Sed & *Vegetius*: *Quod si opidani exire non audeant, maiore Ballista*  
*Malleolos vel Falaricas cum incendio destinant. Iterumque sensit*  
de hac *Lucanus*:

*Tortaque pertenebras validis Ballista lacertis,  
Multifidas iacula faces.*

Denique in epistolâ *Aurelianî*, apud *Vopiscum* est: *Nulla pars*  
*muri est, quæ non binis ternisque Ballistis occupata sit. ignes etiam Tor-*  
*mentis iaciuntur. Simile omnino genus teli, quod *Herodianus**  
*Aquileienses adhibuisse in Maximinum obſidentem scribit:*  
*Αλλα μὲν οὐ ταῖς μυχαῖς περσαρμέναις δόδας ἐπέβαλλον ὅμοιως πίστη γρι-*  
*τήν δεδεμένας, οἳ τε ταῖς ἀκρῷ σελῶν αἰδάς ἐχέσσας, οἱ ἀραφθεῖσαι φερόμε-*ναι, ἐπιπαγγεῖσαι ταῖς μυχαῖς καὶ περιφυῆσαι, ἥδιως ἀντάς κατέφελεν. Sed**

*et machinis, quæ muro admovebantur, desuper faces iniiciebant, pi-*  
*ce ac resina oblitas, et in extremo mucronem habentes. quæ cùm accen-*  
*sæ ferrentur, infixæ inhærente sive machinis facile eas concremabant.*



## DIALOG. VI.

*Contra Aggeres, Cuniculi, Ignes, & alius Agger, aut eleuatio.*

Q VID iam tu Carondelete, tu Lipsi, satin' vt promptum me  
præbui, atque etiam largum? Lips. Affatim. dilaudo: at  
que etiam id quod non addis, addo, vices manere hunc Caron-  
deletum. C A R. Sic tu finibus regundis arbiter? Lips. Sed cum ar-  
bitrio vestro: ego dixi, videte. C A R. Haud tergiuersor: omnes  
mihi operati hodie cùm fuiſtis, opellam meām iniuriā subdu-  
cam. Videris autem tu mihi, Billéhee, pleraque dixisse *Subite op-*  
*pugnationis*, & quædā etiam *Diuturnæ*: ego in hac ſiftam tantūm,  
& pro Lipsij item ordine, videbo quid dea *Moneta* in mentem  
mittat. *Aggeres* in eâ conſidero priuūm, qui euerſi aut cōſumpti  
dupliciter, *Cuniculo*, aut *Igne*. de illo iam olim Thucydides, in ob-  
ſidione Plateensi: γένομον εἰς τὸ πόλεως ὄρυξαντες, Και τεκμηριῶν ὑπὸ<sup>τὸ</sup>  
χῶμα, ὑφεῖλκον ἀνθίς τῷ σφαῖς τὸν χῆν, οὐ ἐλάσθανον ἐπιπολὺ τὰς ἔξω, ὡς  
οὐβάλ-

δηιβάλλονται ήσον ἀνύτεω, ὑπαρχόντεον ἀντίτεω τῷ χώματος, Εἰς αὐτοὺς  
τοὺς ἀεὶ πρὸς τὸ πενθέμα: Cuniculum ex urbe cum duxissent, et si-  
gnis destinassent sub Aggerem ipsum; terram ad se introrsus idem tidem  
subtrahebant, ut diu latere eos qui erant foris: cum iij assidue iny-  
cientes, minus tamen attollerent, subducto scilicet inferius aggere, et  
in locum vacue factum assidue subsidente. Cæsar idem tangit, Com-  
mentario VII. Bituriges aggerem Cuniculis subtrahebant, eò scienc-  
tiūs quod apud eos magna sunt ferrariæ, atque omne genus cuniculo-  
rum notum est. Tribuit & Aquitanis hanc peritiam, Commen-  
tario III. Cuniculis ad aggerem vineasque attis, cuius rei longè sunt  
peritisimi Aquitani. Nec subtrahebant solum Cuniculo, sed in-  
cendebant. Cæsar idem Commentario v. Est animaduersum fu-  
mare aggerem, quem Cuniculo hostes incenderant. Id quomodo fa-  
ctum, distinetè Iosephus tradidit: & ex eo ita Hegesippus, ut  
parcam dare Græca: Iohannes princeps seditionum Cuniculum sus-  
fodit, et Romanorum opera suspendit; ignorantibus his, quid latenti  
Cuniculo Iudei moliti forent. quia fultura tabularum, materia æquè  
subiecta, superiora cunicolorum suspenderat, frans omnis latebat. Ita-  
que ubi opportunitas visa, ignem apposuere. qui adiutus sulphure et  
pice, quibus illita erat materies quæ fulturam cuniculo dabat, ligna om-  
nia facile consumpsit, incendium subiectorum ruina secuta est. Itaque  
Romanorum opera subito lapsa, sonitum ingentem dedere: puluere et  
fumo repleta omnia plurimum tenebrarum obduxerant, maioremque  
terrorem induxerat latens caussa. Deinde ubi consumptis alimentis  
ceteris, quibus primò opertus erat, liber ignis erupit, dolum predidit.  
Sed alia item, ut dixi, ratio & magis exposita, destruendi per Ig-  
nes. cum scilicet Faces, Malleolos, aliaque ad inflammandum,  
aut iacerent eminus, aut ipsi in Aggerem inferrent. Cæsar v 1 I.  
Commentario: Alij faces atque aridam materiam de muro in agge-  
rem eminus iaciebant. Idemque de illatione ignis, II. Ciuil. Maſſi-  
lienses portas se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operi-  
bus inferunt. Hunc sic distulit ventus, ut uno tempore, agger, plutei,  
testudo, turris, tormentaque flammarum conciperent, et prius haec omnia  
consumerentur, quam quemadmodum accidisset animaduersti posset. Ea-  
dem de re graphicè & disertè, ut solet, Lucanus:

Telum flamma fuit. rapiensque incendia ventus

Per Romana tulit celeri munimina cursu.

Nec

Nec quamuis viridi luctetur robore, lenta  
Ignis agit vires: tēdā sed raptus ab omni  
Consequitur nigri spatioſa volumina fumi.  
Nec ſolum ſiluas, ſed ſaxa ingentia ſoluit,  
Et crude putri fluxerunt puluere cautes.  
Procurbit, maiorque iacens apparuit Agger.

Similiter Ammianus: Persas erupisse opido ait, partim ſtrictis gla-  
dijs validam manum, partim poneſſequentes qui flamas occulte por-  
tarent. Dumque Romani nunc instant cedentibus, nunc vltro laceſſen-  
tes excipiunt; qui vehebant FOCVLOS, repenteſ incurui, prunas vnius  
aggeſti inſeruere iuncturis, ramis arborum diuerſarum, & iunco, mani-  
pulisque conſtruēti cannarum. qui conceptis incendiorum aridis nutri-  
mentis iam cremabatur, militibus cum intactis tormētis exinde pericu-  
loſe digreſſis. Vbi notare eſt, etiam è fragili ac leui materie, vt can-  
nis, iunco, talibus, Aggerem conſtructum, ſed nempe vbi lignorum  
arborumque inopia eſſet. Sed heus, an non aliud remedium in  
Aggeres? pone tutos ab iſtis & induſtriè defenſos: tamen tertium  
etiam ſubſidium, molem & velut Aggerem alium opponere in  
iſpis muris. Noſtri mechanici æmulantur, & eſt res cottidiana  
hodie in defenſione. Ammianus xix. Dno Aggeres celiſi, Perſa-  
rum manu ereceti, & expugnati ciuitatis conſtruebatur operibus lentis.  
contra quod, noſtrorum quoque impenſiore curā, moles excitabantur al-  
tiſimæ, fastigio aduersa altitudinis & quatæ, propugnatorum vel nimia  
pondera duraturæ. Simile in Curtio, Gazeſes fecere: Alexander  
Aggerem, quo moenium altitudinem & quaret, exſtruxit. Opidani, ad pri-  
ſtinum murorum fastigium, nouum exſtruxere munimentum. Tale in  
Thucydide, & Iosepho, item legetis. Sed & Corbes terrā aut arenā  
repletos, & in fastigium ſic exſtructos lego: quod haud longe  
abit à Sportis aut Gabionibus noſtris, imo ijs dedit exemplum.  
Polyænus III. Stratag. Timotheus oppugnabat Toronam, atque hi  
quidem altas moles contrà erexerant corbium, quos arenā repleuerant.  
Quid tamen in hoc Timotheus? ille, inquit, falces malis nauium  
impoſuit, ijsque corbes diſsecuit, ut arena diſfluereſet.

## DIALOG. VII.

*In Turres, ignes iacti: Trabes incussæ: aliæ Turres struetæ.*

Vide No-  
tas.

**T**URRES sequuntur. In eas præcipuum telum *Ignes*; sed & *saxa* è *Catapultis*, quibus perfringebant. Vtrumque hoc satis innotuit è prædictis. Sed & *tertia repugnatio*, *Afferes* aut *Trabes* aduenientibus incussa, atque ita impetu euertebant aut frangebant. Tacitus IIII. Histor. *Eduxerant Bataui Turrim dupli tabulato*, quam *Prætoriæ portæ* (is aequissimus locus erat) *propinquantem*, *promoti contrà validi Afferes*, & *incussæ Trabes* *perfregere*. Simile in Vegetio: *Interdum longissimas ferratasque Trabes* *opponunt machinæ* (*Turri*) *venienti*, *eamque à muri vicinitate propellunt*. Sed est & *quarta oppositio*, *similis iam dictæ in Aggere*: *ut muros attollerent eâ parte & augerent*. Vegetius: *Partem muri, ad quam machina (Turris) conatur accedere, camento atque lapidibus, postremò tabulatis exstruendo faciunt altiorem*. Constat autem inefficax machinamentum reddi, si inueniatur inferius. Dicit & de Tabulatis: cui consonat hoc quod Cæsar de Auaricensibus scribit; à se oppugnat: *Nostrarum Turrium altitudinem, quantum has cottidianus Agger expreſſerat, commissis suarum turrium alijs adæquabant*. Ita enim legendum videtur, hoc sensu, ut iuxterint & continuarint Turres cum Turribus, ligneo aliquo muro: atque ita ipsum murum æquarint turribus suis, & hostilibus. Lips. Intellego. vis dicere *Interturria expleta*, & à latere ad latus Turtis (id Alam dixerit) structum. Tamen leuiter ambigo, & malim: *suarum turrium alijs*. quod sit, Commifſis & oppositis nouis alijsque suis turribus, æquabant noſtras. Vſitatam quidem hanc defendendi viam, Nicetas ostendit, vbi de Orestiade ab Errico, Balduini fratre, oppugnatā: Reperrit, inquit, urbem duabus latis foſſis circumditam. Præterea turres mænium auctas sublatasque pegmatis ligneis, que longè in aërem ibant, & centonibus, ac pellibus contra ignem tegebantur. Sed & super ipsas ligneas turres, mali defixi eminebant, qui habebant omnia, quibus aut accendi aut ſpargi latifimè lignes poſſent. In quibusdam vero & ſpeculæ quedam ligneæ fabrefactæ apparebant, bellatorum virorum habitacula, cuiusmodi ſolent eorum eſſe, qui ex turriculis ligneis maris vrofun-

profunda explorant, & piscium populos captant. In aliis, & lapides catherinis suspensos aptosque habebant: qui & demitti per instrumenta possent, & attolli, & conuerti pro vnu præsentि. C A R. De istis, vt videbitur: ego

## DIALOG. VIII.

*Varia in Arietem, & Vegetius explicatus.*

**T**RANS E O ad Arietem, violentissimum machinarum, & maximè terribilem: eoque plura in eum adinuenta. Quæ ut in uno adspectu ferè dem, commodum mihi visum per verba Vegetij ire, quæ sic habent libro 1111. cap. xxiiii. Aduersum Arietes etiam vel Falces, sunt plura remedia. Aliquanti centones & culcitas fustibus calcant, & illis opponunt locis, quæ cedit Aries, vt impetus machine materia molliore fractus, non destruat murum. Alij laqueis captos Arietes, per multitudinem hominum de munio in obliquum trahunt, & cum ipsis Testudinibus euertunt. Plures in modum forsicis dentatum funibus illigant ferrum, quem Lupum vocant, apprehensumque Arietem aut auertunt, aut ita suspendunt, vt impetum non habeat feriendi. Interdum bases, columnæ marmoreæ, vibrato impetu iaciuntur è muris, Arietesque confringunt. Quod si tanta vis fuerit, vt murus Arietibus perforetur, ex decidat, & una salutis spes superest, vt destructis dominibus aliis intrinsecus murus addatur, hostesque inter binos parietes, si penetrare tentauerint, perimantur. Primum scribitur, *Aduersum Arietes vel Falces.*] Ne quis erret, Falces h̄ic Vegetianæ capienda sunt, nouitiæ, quæ lapides è muris extrahunt, & vice in ac vñ pænè Arietis habent. Ipse eas in Ariete descriptis. Aliæ sanè sunt veterum illæ Falces murales: quibus pinnas detergebant: quibus nauium funes absindebant: atque talia patrabant. Describuntur à Cæsare 111. belli Gallici, nec sunt ignotæ. Primum remedium: *(Centones & culcitas fustibus calcant.)* Benè qui emendarunt, funibus chalant: primus, puto, Turnebus. Talia enim mollia contra vim & duritiam Arietis opponi moris fuit, & funibus suspendi. Ita in Iosepho (ipsius machinatione & iussu) contra Romanorum arietes, facci, paleæ referti sunt demissi. Sacos, inquit, palis plenos inßit eos funibus demittere, in eam partem quæ videret sem-


per impetum Arietis ferri: ut hoc modo et aberrare ficeret istum; aut si excepisset, vanus redderetur mollitie et laxitate. Quae quidem res valde Romanos exercuit. nam quocumque hi conuerterent machinam, illi traducentes saccos subiiciebant rostro eius, ut nihil murus resistendo et renitendo incommodi caperet. donec et ipsi contra machinantes, longis contis falces affigentes, saccos abscederunt. Quae similia, & diffusius in Hegesippo, libro 111. cap. xi. Conuenit huc etiè, quod Appianus in Mithridatico scribit, fecisse Cyzicenos: τὰς μὲν οὐκέτε κείμενα, inquit, λίθους ἀπογενέλιξεν, ή βεργάρις ἀνέλασεν, & πορφυρὶς ἐπίων τὰς βίας ἐξέλαυνεν: Arietes lapidibus decutiebant, aut laqueis deflecebat, aut sportis saccis que lanarū plenis vim infringebant. Vbi & de laqueis habes, quod iam sequitur: Alij laqueis captos Arietes.] Ita in Dionis fragmento, ex Theodosio: καὶ τὰς κείμενα τὰς μὲν βεργάρις ἀνέλκεν, τὰς δὲ ἀρπάγαις ἀνέτασσεν: Arietum alios laqueis sursum attrahabant, alios harpagonibus reuellebant, locoque mouebant. Liuius in xxxvi. id inter receptissima fuisse ostendit: Αἰτόλη contra armis se tuebantur. nam cum Ariete quaterentur muri, non laqueis, ut solet, exceptos declinabant istus, sed armati frequentes, quidam ignes etiam, quos aggeribus iniacerent, ferebant. Aminianus xx. Prominentem Arietis ferream frontem, arte subtili illaqueatam, altrinsecus laciinis retinuere longis, ne retrogradiens resumeret vires, ne ve muros ferire posset. Idem in Thucydide libro 11. oppugnatione Platæensium. Sed & laqueis Falces murales soliti auertere. Appianus in Punico: Hostis subruebat Aggerem, falces inietatis laqueis deflecebat. Cæsar vii. Gallicorum: Laqueis falces auertebant, quas cum destinuerant, tormentis introrsus reducebant. Ita legendus locus, hoc sensu: cum falces eas illaqueassent captasque tenerent, tum machinis quibusdam, quibus funes illigati vertebantur torquebanturque, in urbeim vi trahebant. At ecce remedium in Vegetio tertium: In modum Forficis dentatum ferrum, quem Lupum vocant.] Quod ille pluries factitatum clare dicit, nos vix legimus, & quærimus propriè hīc exempla. Nam communiter de Lupo non desunt. Ut apud Liuium, xxi. Qui iam erexerant ad murum scalas, in alios lupi supernè ferrei inieSSI, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Diodorus hoc idem κεραυνοῖς siue Coruum dicit, in xvii. Τοῦς δὲ κεραυνοὺς ταῦς σιδηροῦς χεροὺς αὐτήρπαζεν τὰς τοῦς θωρακίους ἐφεσῶτας: Coruis & ferreis

Vide No-  
tas. ferrum, quem Lupum vocant.] Quod ille pluries factitatum clare dicit, nos vix legimus, & quærimus propriè hīc exempla. Nam communiter de Lupo non desunt. Ut apud Liuium, xxi. Qui iam erexerant ad murum scalas, in alios lupi supernè ferrei inieSSI, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Diodorus hoc idem κεραυνοῖς siue Coruum dicit, in xvii. Τοῦς δὲ κεραυνούς ταῦς σιδηροῦς χερούς αὐτήρπαζεν τὰς τοῦς θωρακίους ἐφεσῶτας: Coruis & ferreis

reis manibus abripiebant eos, qui iam in loricis & propugnaculis mænum constitissent. Vocat & Curtius libro I I I I. Coruos, sed operosiū & alio fine structos: Namque ad implicanda nauigia, quæ muros subibant, validis asseribus coruos & ferreas manus illigaverant, ut cum tormento asseres promouissent, subito laxatis funibus injicerent. Quod vicinum est Polybiano coruo, libro I. nisi quod ille in proris nauium eum ponit. Magis pro Curtio, & nunc etiam Vegetio, quod Dio Cassius in Seuero scribit: Byzantinos habuisse in machinis quibusdam harpagones, quos emittebant & reducebant celeriter, ut visum. Non nominat, sed intellegit Tacitus I I I I. Histor. Præcipuum pauorem intulit suspensum & nutans machinamentum, quo repente demissō, præter suorum ora, singuli pluresve hostium sublimè rapti, verò pondere intra castra effundebantur. Itaque isti lupi: & ab hoc exemplo Vegetianus, quem destinatò in Arietes, validorem haud dubiè & grandiorem, struxerunt. Sed, ut dixi, in historijs vix memoria; nisi in Dionne obiter, quem mox dabo. Pergit ipse: Interdum bases, columnæ marmoreæ iaciuntur. ] Parùm plenè narrat. & quod interdum factum ait, ego reperio crebrò, & de more, factitatum. Ponderibus, inquam, grandibus supernè incussis aut iniectis, Arietem deprimebant, aut frangebant. Liuius libro x x x v I I I. In arietes tolle nonibus libramenta plumbi aut saxonum, stipitesve robustos incutiebant. Tollenonibus id h̄c facit Liuius: & Thucydes libro II. totum aperit, ut lux fiat Glareano, in Liuij loco caliganti & hæsitanti. Dicit Arietum alios laqueis auertebant, tum & hoc modo Magnas trabes adaptantes longis catenis, à capitibus utrimque suspenderant ad duas antemas, super muros inclinatas & extensas. Has trabes sursum trahebant attollebantque obliquas, et quoties inuasura machina (Aries) erat, itumque datura, trabem dimittebant, laxatis catenis, manuque remissa. atque is impetus decutiebat caput Arietis. De his ipsis Appianus capiendus in Libyco: Καὶ τοὺς κεράς τὸν ὄπουν ἔξελνον, ἐπιβαλλούσες διπλαῖς δοκές: Et Arietum vim soluebant, injicientes trabes transuersas. Quod autem isti Trabesita dicunt, id Liuius Stipites robustos: qui tamen & de Plumbo addit. ut & lib. XLII. Arietem adnotum libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant. quod est, iactu & libratione in eum plumbi supernè. Id verò ipsum plumbum, in trabium formam factum,

factum, & in massam longiusculam productum, ut certius serret, Polyænus indicat libro VI. Αθλωκλῆς πολιορκούμενός τοις τετράπλακας, δοκεῖ μολίβδες ποίησας, πλαγίας παρίστησεν ἐπὶ τὰς ἴσταλξεις, διεμπιπόντες τῷ πολεμίων, τὰ μηχανήματα συγκρίσεο: Atheneclles oppugnatus, aduersus Arietes ac Terebras, trabes plumbeas fecit, easque transuersas in propugnaculis opposuit. quibus, cum hostiles machine irruissent, ex confringebantur. Vegetius horum nihil dixit, sed lapides & marinora eorum vicem iniecit. Quod etiam Ammianus XX. Agitantes arietes, denso saxonum pondere molarium, fomentisque ignium variis ire protinus vetabantur. Etsi illi molares non in admotam machinam immissti; sed in aduentantem excusilli tormentis videantur. Postremum in Vegetio: *ut destructis domibus, aliis intrinsecus murus addatur.*] Hoc remedium, quod hodie quoque receptum contra demolitoria nostra tormenta. Imò vt nos lunari ferè formâ tum ducimus, sic illi. In Arriano de Halicarnassais, oppugnatis ab Alexandro, libro I. Εφιστοντες ἀντὶ τῆς πεπλωστὸς τείχους εσωθεν, πλίνθινος υλοειδῆς ἀντοικοδομουμένοι, & χαλεπώς, διὰ πολυχειρίας: Occuparunt enim, pro muro exterioriore deicto, introrsus latericum struere lunatā formā; idque facile, ob multas operas. Appianus quoque, cum Sulla Athenas quateret (in Mithridatico) & muri cecidissent, ait, Archelaum introrsum edificasse lunatos alios. quos cum Sulla statim deruere tentaret, ut qui nouelli & molles essent, contrā cecidit, & suprà & à lateribus telis vindique petitus, ut inter lunatos flexus, ab oppugnatione Pyraei omnino destitutus. Hactenus ad Vegetium: sed & addam quædam hinc omissa. ut quod in Diodoro, libro X V I I. Καὶ ταῦς μὲν ὁ φεπυνθόεις νεργίαις τὰς τῇσι κελῶν ὄρυγματας ὑποτίμωντες, ἀχεντον τὴν τῇσι ὄργανων βιαν ἐποίει: Et antemnis, quibus falces præfixæ erant, funes quibus incitabant Arietes absindentes, mutilos eos reddebat, & vim eludebat. Item quod in Dionis Vespasiano, in rebus Iudaicis (inter Fragmenta nuper editum:) Καὶ τὰς κεισ τὰς μὲν βεζχοις αἰνεῖλκον, τὰς δὲ ἀρπαγαῖς ἀνεπων, ἐτέρον τὰς περισσολᾶς σανιοι παχεῖαις συμπεπημέναις περιστρεψούσαις, διεπεποντες τείχους καθίσσοντες, αἵτεσφον: Arietes alios laqueis attrahebant; alios harpagonibus (Lupis Vegetij) ruellebant; aliorum incussum & inflictum, tabulis crassis inter se cōpactis & ferratis, quas ante murum demittebant, auertebant. Hoc enim postremum, videtur non conicctus aliquis in Arietem, sed oppositus &

tus & obtentio fuisse: vt in his viis frangeret, nec integrum in muros ferret.



## DIALOG. IX.

*In tela alia, vsus coriorum, ciliciorum, rotarum.*

**S**VPER ESSERE mihi video Ballistas, Catapultas, & totum genus leuium telorum: quibus omnibus vnicum ferè obstatum & oppositio, Coria, Cilicia, Vela. His enim vii excipiebant & frangebant, molliter ita suspensis: imo & ignita iacula repellebant. In vrbe, extra vrbum vtebantur: quia vtrumque scilicet periculum & metus ab istis. In Suidâ, de Aggere: Toto dê m̄nchâ-  
tum (χαλμα) οι ἐργαζόμενοι, θεραπεύμενοι ποθέασιν εξ αἰρείαν τειχού, οἱ δὲ λε-  
γομένων πληκτον. d' δὴ τάχετε η μήτε δέχριώς εχοντα αναρθρουτες εἰς ξύ-  
λων κρύπτων, οἵτινοι δὲ ποιῶσιν ιδεντα. εἰ ταῦτα γάρ εἴτε πυρφρεσι διστολα, εἴτε αλλα βελη  
εἰννεῖς εἶχον, αλλ' αὐτοὶ οἵτινες θεραπεύματος έμδυνον: Qui machinam  
eam (id est Aggerem) excitabant, ij tegumentum tū velum habebat  
ē caprillis pilis factum, que Cilicia vocant. Ea iustâ & sufficienti cras-  
d sitie

sutiē ac longitudine suspendebant ē proceris lignis, & ante se p̄tendebant. Ita nec ignita iacula, nec alia tela attingere eos poterant, sed in ipsis ibi tegumentis sistebant & hærebant. Sed & in alio opere usurpabant: tum ne conspici ab hoste possent, tum vt & tela sic eludi. Commodum inuentum, & à nostrâ hodie militiâ non alienum. Thucydides, in opere aliquo Platæensium: Περιαλύμνων εἰχε δέρρεις καὶ διφθέρας, ὡς τὰς ἐργαζομένας ή τὰξ λαώντα πυρφόρους δίδοις βάλλεις, ἐπάσφαλεια τε εἴ: Tegmina habuit pelles (t) centones, ut nec operantes, nec ligna operis, ignitis iaculis peterentur, & in tuto essent. Ammianus: Defensores obtentis cilicij latebant intrinsecus, ne conspicerentur ab hostibus. Curtius: Igitur munientibus coria velaque insit obtendi, ut extra teli icatum essent. Arrianus pariter: Περιαλύμνων δὲ δέρρεις καὶ διφθέραι ἀντοῖς ἔσται, ὡς μίντα πυρφόρους βέλεσι διπλῶς τοῖς πείργαζομένοις περιβολὴν εἰ τελ εἴ τοις τὰ πολέμωντα: Tegmina ἵστηνται coria & pelles, ut nec à muro ignitis telis peterentur, (t) ut operarijū munimenta hoc esset in sagittas. Vegetius IIII. cap. VI. Sagā, ciliaciaque tenduntur, quae impetum excipiunt sagittarum. Nec enim facilè transeunt spicula, quod cedit & fluctuat. Imò verò & lapides frustunt Ballistarum. Diodorus in XVII. Πρὸς δὲ τέτοις Εύρων καὶ διπλᾶς διφθέρες περικαμένας καταρρέποντες, εἰς ταύτας αὐτοῖς χοντροῖς διπλῶς περιεβόλωνται πληγαῖς. καὶ καλαῖς δὲ ἐνδόστεις γνομένες, ἐξελύσσονται περιπλάνη βίᾳ: Prætereā coria ac pelles duplices, madefactas, consuentes, in his excipiebant icthus Ballistarum, quia molliter ἵστηνται cedentibus vis lapidis resolutebatur. ORAN. Madefactionis hīc mentio: quo ea finit? C A R. Contra ignes, aut ignita. Aquā enim centones, aut ciliacia, & coria humectabant, quō minus corriperent, aut corruimperentur. In Ammiano: Aries humectis taurinis operis exuuijs. Et propriè huic rei Acetum habebant. Silenna historicus, in fragmento: Aceto madefactis centonibus integit. Appianus in Mithridatico, resistere ita Cyzicenos facit: Τῶν δὲ βελῶν τοῖς μὲν πυρφόροις ὑπήντων δέξει καὶ ὑδατι. τὰ δὲ ἀλλα περιβολαῖς, μετάτοις, ἢ θόνους, κεκλασμέναις δὲ φορᾶς ἔλυον: Tela ignita refutabant aceto (t) aquā. alia autem oppansione vestium, aut linteis laxis suspensis resolutebant, & vim frangebant. SED & Vitruvius in tegendâ Testudine, Paleas aceto macebat. LIPS. Occurrit Heronis locus, qui cap. XIIII. de Turribus, ubi varia remedia in Ignes, hoc quoque habet: Utileissima inuolucra oppansa, paleis aceto madefactis plena; sive & retia repleta humido musco

musco vel algæ specie, quæ Thalassoprasoñ dicitur. Ille velut Culcitas paleis eiusmodi humectis farcit, & in ignes opponit: quod è lamâ nostros hodieque facere accepi, in tormenta. C A R. Polyxenus communiter ita de Aceto pronunciat: Σεστέλον πυρὸς μάλιστα δξ̄(γ)ν εἶ δοκεῖ. ἀετοὶ δὲ κώλυμα πυρὸς ἐπαλειφθεῖν δξ̄(γ)ν. θήσα γδ τετρά πῦρ ἀπέκει: Ignem restinguere & comprimere maximè Acetum videatur. sed magis, Acetum vinctum aut pingue factum: quia minimè ignis id apprehendit, aut adhæret. Postremum hoc de Vncto, mihi nouum est, & ad periculum appello. Isthæc igitur in Tela: sed in Catapultas propriè: inuenio & Rotas marmoreas quasdam oppositas, de quibus in Diodoro, lib. xvii. De Tyrijs agit: Πρὸς μὲν τὰ καταπληκτὰ βέλη τρόχες καταπληκταν, διελημένες πυκνοῦς μεροφράγματον. τάττες δὲ διετν(γ)ν μηχανῆς διενύοντες, τὰ μὲν σωμέτεισον, τὰ δὲ παρέουσοι τῇδε Βελῶν, πάντας δὲ τὴν ἐπὶ τῷ βίᾳς φορὴν ἔξελυν: Contra Catapultica tela Rotas appararunt, crebris interuallis aut septis distinctas. Has per machinam quamdam in orbem voluebant, & alia telorum frangebant, alia auertebant, omnia resolutebant. Hic Rotas simpliciter dicit, posteā & Marmoreas addit. O! Τύεισι τοῦτο τειχῶν καρμασίνες τρόχες ισχνον, τῷ δέ πνων ὄργανων τάττες διενύοντες, τὰ φερόμενα βέλη καταπληκτὰ σωμέτεισον, ηγείς τὰ πλάγια καθίσχοντες, ἀπράκτες ἐποίει τὰς πληγάς: Tyrij ante muros Rotas marmoreas constituerunt, quas organis quibusdam girantes, incidentia catapulta tela frangebant, aut ad latus auertentes, inefficaces reddebat ieius.

## DIALOG. X.

*Libatio in mensâ, honoris index: quibus exhibita?*

O M N I A, nisi fallor, iam dicta: & sermonem meritò finis. Vos amici eamus. LIPS. Quò? CAR. Iterum in Prætorium, tum in urbem. Ingredimini etiam. LIPS. Quid tamen facturi? ad cymbas potius. dies inclinavit. CAR. Imò pro operâ nauatâ, ex more veteri, mulso sunt accipiendi milites, vt apud tuum Comicum. Bellaria Lipsi gustanda sunt. BILL. At enim breuiter Carondelete hoc fiat: seria mea me vocant. C A R. Salus Principis te hîc tenet. ecce hanc pateram, quam illi eo libatum. BILL. Diu nobis, huic patriæ, toti Reip. sit superstes. Tibi porrò Lipsi, in hanc legem & exemplum. LIPS. Heim, quam strenuètu bibis! sic haustu uno totam? vereor vt imiter, et si cui-

pio. Vnde autem vobis istæ leges aut mores? nam vulgò in conuiuijs video usurpari, non invitationem, sed adactionem ad bibendum. C A R. Mirum te querere. à priscis hoc institutum, & fideliter nos tenemus. Ex scito autem tuo Lipsi,

*Moribus antiquis restat Romana virisque.*

L I P S. Defide video, de instituto ambigo. C A R. Disce igitur, qui nos doces. Græcis & Romanis in more inter pocula & mensas, maximè secundas, dijs primum libare, eorumque honori bibere; tum etiam beneficis in se, aut amicis. In isto numero qui magis quam viri. Principes, quorum beneficio & curâ nos & nostra salui? Quod igitur Græci patronis aut amicis (nam de Diis omitto, rem notissimam) ex Ouidij loco clarum, de Theseo. ibi Athenienses, conuiua agitantes, ob eum reducem, post facta eius enumerata, addunt:

— pro te fortissime, vota

*Publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus.*

In Asconio, III. in Verrem: cùm declarat, quid sit Græco more bibere. Est, inquit, Grecus mos, ut Græci dicunt, συμποῖν χαριζούντες, cùm merum cyathis libant, salutantes primò deos, deinde amicos suos nominatim. nam toties merum bibunt, quoties & deos & caros suos nominatim vocant. Horatius ad hunc morem:

*Da Lunæ properè noue,*

*Da noctis medie, da puer auguris*

*Murenæ.*

Et exempla verò plura: sed vide magis in Romanis. Silius de Q. Fabio Cunctatore, qui rem Romanam seruavit, libro VIII.

*Nec prius aut epulas aut munera grata Lyæi*

*Fas cuiquam tetigisse fuit, quam multa precatus*

*In mensam Fabio sacrum libauit honorem.*

Apud eumdem libro VI. Marus quidam Regulum defunctum seruatorem & patronum habet. itaque ait:

— cui me libare Lyæi

*Quod cernis latices, dignum est cognoscere caussam.*

Valerius lib. VIII. cap. xv. de C. Mario: Postquam Cimbros, ab eo deletos, initio noctis nuncius peruenit; nemo fuit, qui non illi tamquam dijs immortalibus, apud sacra mensa sua libauerit. Hoc ipsum Plutarchus: Εὐθυμέσθω τὸ μὲν πάντα τὸ γενναῖον ἔγασοι καὶ οἴκοι, ἀλλὰ τοὺς δρός

δροῖς ή Μαρίω δέιτων ελασθῆς απίρχοντο: Hilares letique vna cum libe-  
ris & uxoribus, quisque domi sua, Dijs simul & Mario libauerunt.  
Quibus exemplis, Senatus decreuit in Augusti honorem sem-  
per libari. quod ita in Dionē expressum, lib. L. Kal. ēr. τοῖς συστροῖς  
εχόντοις, καὶ λαβαὶ τοῖς idōις, πάντας αὐτοὺς απέρθεν εἰνέλθον: Et in  
coniuuijs non solum publicis, sed & priuatis, omnes ei libare & vinum  
defundere iusserunt. Quō Horatius respexit, 111. Carm. Od. v.  
ad Augustum.

Hinc ad vina redit latus, & alteris

Temens adhibet Deum.

Te multā prece, te prosequitur mero

Defuso pateris, & laribus tuum

Miscet numen, vti Gracia Caistoris

Et magni memor Herculis.

Quinetiam eō, apud Græcos quidem, ventum, ut discipuli præ-  
toribus suis benè precati libarent: quod in Athenæo libro decimo  
legetis. Satin' hæc probant ritum antiquum, & ex eo nostrum?  
LIPS. Nondum mihi. exemplum aliquod esse fateor, sed dis-  
simile. Simplex ibi libatio, & gustatio: vbi hæc infusio? Abuti-  
mur, & apud quosdam profecto, quod Alexis dixit,

— λετρέγνεσι, & πότερον: — lotio est, non potio. Ita se perfundunt  
& humescunt, ita dum alienæ Saluti libant, suam lædūt. ORAN.  
Lipsi tu non euades, nec si Vlyssem astu præstes. LIPS. Apud  
Cyclopes igitur sum? ORAN. Puta esse. nos Vulcani officinam  
habemus, quod hodie dixisti: æstuamus igitur, & sitimus. LIPS.  
Vobis sitite. Nam Sophocleum illud iure occinam:

— ὡς ἀερ τὸ περὶ Εἰαν τεῖ,

Τον νακὲν πέφυτε τῷ Αἴψῃ Εἰᾳ.

— bibere per violentiam,  
Pār est malum huic, fitire per violentiam.

### DIALOG. XI.

An, & qua machinarum, posint habere nunc vsum.

SEDE nonne imus? tu Carondelete, tu Billéhee; & abiens  
Siam Sol vocat. BILL. Me & negotia. conscendamus cym-  
bala, & prono sic flumine feramur. Fecimus. Ego ad Billéheum,

Omnia, aut pleraque diximus, quæ ad Oppugnationem veterem: an & alio aliquo, quam ad historiam fructu, & ut FACIS tantum haec loco sint? An publicè reuocari aut renouari quædam expediat? dic sodes, Billéhee, qui hoc iudicium lectione & periculo potes tibi vindicare. B I L L. Arduum sit, & inter nostros quoque Martis & Bellonæ filios, videbis in his talibus dis-sensum. Qui vsum solum habent, & ab eo peritiam, hæc omnia naso solent agere, & adspernari: qui lectione imbuti sunt, & curâ aliquâ scrutati, plusculum ea æstimare. Qui imitari tamen ausi sint aut reducere, paucos dixerim; et si in quibusdam, quos-dam. Ut breuiter, sed distinctè aliquid pro meo sensu promam, *Scalas*, & hæc scansoria, vsum habere nemo abneget, in nocturnis occultisque aggressionibus; sed & apertis, vt omnes sciunt. Quædam veteribus formæ aut inuentiunculae circa hanc rem, haud aspernandæ terrâ aut mari, si quis tua ruminetur. Iam de *Vallo* & *Fossis* in obsidione vt te munias, illos includas: quid cogitari vtilius potest? Piget & pudet, quam neglecta & in vili ho-die ea pars: cùm ferè incauti assidemus, nec custodientes satis, nec custoditi. Illabitur aliquis, erumpit: facile est, nocturno præsertim tempore. sed & suppetias si qui venit, eò minus repugnamus. Olim aliter: & Iuliano aliquo opere si cingamur: quis obfessus non timeat, & quem timeant obſidentes? Sed & singillatim *Ceruoli*, *Cippi*, *Tribuli*, *Stili*, valde impediendo hosti-sint, aut remorando: quin & in acie victoriam alibi donent, si aptè & occultè adhibeantur. De *Vineis* verò, *Pluteis*, *Musculis*, *Testudinibus*, & toto hoc genere, vsum ex longinquó magnum habere haud dixerim: tormenta nostra dissipent: proprius si suc-cedatur, quod sàpè, & parietes suffodiendi aut deruendi sint, ha-beant clarum & certum. At *Agger* palam hodie vtilis, & spe-ciem interdum usurpamus. Regula quæ antiquis certa, vt altio-res vincerent, & telis tormentisque præualerent; ea & hodie, at-que aggerum hæc structura dederit omnia sub iectum. Vnus la-bor aut moles potius, pugnare cum ignauia militum, qui fasti-diunt aut spernuunt totum hoc operari. *Turres* olim optimæ, nunc vix subsistant in illâ altitudine expositæ tormentis: nec sa-tis muniunt quæ olim, coria & vela. Memini tamen & scio fa-titatum recenter in Frisiâ: & potest vtilissimè, cùm constat obfessos

obfessos non abundare puluere illo fulminali. An & ratio aliqua  
tutrium mobilium non iniri posset, quarum frontes terrâ, lanâ  
madidâ, aut tali stipatione munirentur? architecti cogitanto. In  
*Tormentis* iacemus, fatendum est, vnico illo & eminente Genio-  
rum (non enim hominum) inuento. Tamen *Catapultas*, *Scor-  
piones*, *Ballistas* haud in totum abdicem: variè possunt esse utiles:  
& maximè tollenones siue *Fundibala* illa, quæ grandiores mol-  
aresque lapides, cadauera, & talia in opida iactant. Impensâ mi-  
nore hæc constant, sed & hominum aut iumentorum haud èquâ  
fatigatione: quid quòd & ubique & semper (cum ligni funium-  
que copia est) paranda? Denique de *Telorum* vario genere, sum in  
câ sententiâ, vt putem quædam posse excerpti; & maximè illa ignita,  
quæ diuersa iam dicta. Terrent enim hæc talia, & in acie  
equos maximè: sed & nocent eximiè, iacta in opida aut ædes.  
Plura aliquis dixerit: sed & ego fortasse, nisi quia leuiter & negle-  
ctè, non nego, (quâ enim spe?) hoc ago: & iam vrbs in oculis, &  
nauta flectit ad ripam. O vos amici, saluete, & *Fortunæ huiusc  
diei* gratia, quæ me sociauit. C A R. Tibi, Billéhee, atque istis  
omnibus gratia, qui *relictis rebus*, *Mibi*, *frequentem operam dedisti*,  
vt ait Comicus. ORAN. Sed &, vt idem Comicus,

*Istoc quidem pretio nos fuit facile  
Frequentare tibi, utibile s'que habere:  
Ita in prandio lepidè atque nitidè  
Accepisti apud te, vt semper meminerimus.*

Pro omnibus hoc respondeo: sed nos porrò cum Lipsio. B I L L.  
Ego ad Decanum GRIMBERGIVM, virum probiorem nescio,  
an nobiliorem. Nostri eum Lipsi? debes. ornamentum nostræ vr-  
bis est. At nunc salue, & saluete.

## ADDITIVNCVLA.

 VAE D A M h&c, Lector, visum adnectere, qualo-  
cis suis inserere aut opportunitas aut memoria  
non fuit. Nec sic quidem omnia: absit, nolo: &  
alijs quoque sit, quod pro industria aut ingenio  
suo notent. Nos cum hac direximus, in ordinem aliquem  
& lucem dedimus, satis animo isti fecimus: si non semper  
alieno (nec id sperem) veniat in partem laboris aut gloriae  
si quis volet, sed & nostrae modestiae, qui nemini insultamus,  
palam aut per figuram percussimus, et si occasio alibi  
esset. Id verò mihi defuisse fateor, quod alteri melior  
Deus dabit, libros scriptoresque aliquot in bibliothecis  
reconditos: quos Mechanica Gracis litteris consignasse  
comperi, Athenaeum, Apollodorum, Heronem, alios: è  
quibus solum Heronem videre mihi fuit, atque eum in  
nube aut folidibus parum eruditæ interpretationis. Sed  
hac tu, qualiacumque, cape Lector, fruere; & laudare  
si non potes, ama.

## LIB. I. DIAL. III.

Pag. 22.  
lin. 28. Aly ferè consensu ad Periclem auctorem referunt.] Docent quę adduxi.  
& tamen Corn. Nepos, seu quis alias in vita Miltiadis, facit eū in oppu-  
gnatione Pari, Vineis ac Testudinibus cōstitutis, propius muros accessisse. At  
is sanè Pericle antiquior: li tamē hęc pénitatem, & nō de more sic lcripta.

Pag. 23.  
lin. 18. Nōnne probabile peruersisse in propinquum Orientem?] Ratio inducit, sed  
& auctores. Nam Persas ecce machinas habuisse atque usurpare, Xeno-  
phon docet vii. Pæd. de Cyro agēs: Ως δέ ἐγνετο περιστερά τείχη τῷ ἐν Σάρ-  
δεστι, τάς τε μηχανὰς ἀντὶ ὠρῶν περιστελλόν περιστερά τείχη. Καὶ κλίμακας παρε-  
στενάζετο: Ut uenit ad Sardium muros, machinas erexit muris admouendas,  
& scalas preparabat. Iterūm distinctiūs: Οὐ δέ Κύρος πέντε ἀυτὸς ἐν Σάρδεστι,  
μηχανὰς περιεῖται οὐ περιεῖται, οὐτε τὸ μὲν περιστεράν πέπιστον τὰ τείχη: Cyrus Sardibus  
subsistens, machinas & arietes apparabat, quibus non obieperantium muros  
euenteret. Sed & Ammianus lib. xx. atq; alibi (locos variè in ipso textu ad-  
duxī) Ballistas, Scorpiones, Malleolos, Aggeres, Vineas, aliaq; adhibuisse  
suo æuo ostendit. Quæ eò magis noto, quod sint auctores item qui adi-  
mant,

mant, & palam machinas scientiamque oppugnandi ab ijs spernant. Ut Tacitus noster, xv. Annal. Sed Partho ad exsequendas obsidiones nulla continuus audacia: raris sagittis neque clausos exterrit, & semet frustratur. Iustinus pariter, xl. Parthi continuus praelari, aut obsecras expugnare urbes nesciunt. Sed & Tacitus vniuersè de illo tractu, lib. xii. Nihil tam ignarum barbaris, quam Machinamenta & astus oppugnationum: at nobis ea pars militie maximè gnara est. Sed & Lucanus a ferre, qui ita loqui Lentulum facit, dissimilatorem Pompeio sit in Parthos:

Non aries illis, non vlla est machina belli,  
Haud fossas implere valent: Partho que sequente,  
Murus erit, quodcumque potest obstare sagitta.

Quid dicemus? an olim habuisse, post defuisse, iterumque adsumpsisse? An de Persis modo id verum est, de Parthis aliter, quos Tacitus & Lucanus priuant?

### DIALOG. VI.

[Scalas N'auritas, & mox Machinam ascendenter.] De Sambucis etiam Pag. 34.  
fiquis accipiat, fortassis nec errerit.

Tamen Vegetius in terrâ etiam adhibet. Atque ita tunc & posteà factum etiam, non nego. Exemplum huiusmodi Sambucæ egregium, in rebus Ferdinandi Regis Aragonæ, obsidione Anticheræ, quam Mauris ibat ereptum. Vide inter alios Laur. Vallam lib. i. de eius rebus.

### LIB. II. DIALOG. III.

[In Dionysij senioris rebus ponit memoratij, Diiodorus.] Ille vero & ante Pag. 87.  
memorat, sed non expresse Ambulatorias. Ut cum Hannibal Carthaginæ dux Sceliniuntios oppugnat, lib. xiii. Propter de cœli mōlīnū dōgōyevnēt, wēt̄s egr̄m̄d̄vōr̄s d̄' aūrl̄s, n̄ r̄t̄s un̄xāv̄s d̄t̄s hōūs, w̄t̄ p̄dōm̄ d̄r̄s d̄t̄s, r̄t̄s, w̄c̄ḡs̄l̄d̄s̄, ēp̄t̄s̄t̄. ḫ̄s̄ m̄t̄ s̄d̄ p̄b̄ȳs̄ ēp̄r̄b̄x̄l̄w̄t̄s̄. T̄s̄, p̄ȳz̄d̄eōn̄ ēp̄t̄s̄t̄, r̄t̄s̄l̄s̄ d̄' x̄z̄s̄ k̄t̄r̄s̄t̄d̄n̄p̄s̄ m̄t̄s̄, w̄c̄ḡs̄p̄t̄s̄ t̄s̄, t̄s̄x̄ōt̄. Ad urbem cum venisset, castra circumposuit, & machinas exstruens, omni studio conabantur admoveere. Sex quidem Turres eximiâ magnitudine struxit, proprios etiam Arietes ferratos incusit: muris. Vbi Arietes Proprios acceperim, quia inuentum id peculiare Pœnorum. Sed Turres istas iterum idem admoveat Acragatinis: sed nec ibi expressum Mōbiles, et si opinor fuisse. Ceterum, quod mox addo Plicatiles quasdam Turres: earum vero mentio in obsidione etiam sacræ Vrbis, quam nostrî heroës animosè inuaserant duce Godefrido. Ibi, inquam, traditum Gezuenses peritos omnis generis tormentorum machinarumque, ingenii mole turrim, procul à conspectu habitiū fabricatos esse: qua plicatilis, ac saluta per partes, noctu comportari in castra posset, ut cum deliceret, suis coagmentata compagibus urbi admoveatur. Sed & plura talium rerum exempla, ut & Pontium mox in Turribus, in media nouellaque historiâ reperies: quid opus aggerare?

## DIALOG. V. I. PLAUTIUS Q. MILITIAE. LIB.

Pag. 99. *Currara, aut nulla eius mentio?* Intellego, apud antiquiores Romanos nam postea fere. Sed & Graeci aut Persae videntur similem usurpare: & Darij pons naualis in Bosphoro & Danubio. Graecis celebratur. nec abijt ille portentosus Xerxis super Hellespontum.

## LIB. III. DIALOG. II.

Pag. 120. *Catapulta pro t elo ipso.]* Disertè alibi Plautus. *Ita est amor, ballista viratur, nihil sic celere est, neque volat.*

## DIALOG. III.

Pag. 131. *Enormes lapides ac sepulchrales.*] Adde & molares. Amilius Paulus, in obfitione Ptolemaidis à regibus Philippo Galliæ, Henrico Angliae: sarcorum molarium istu, que Tollenonibus mittebantur, tella domorum in urbe supernè perfringebantur, magnâ incolentium peste. Appellat scitè doctissimus vir Tollenones, nostras Ballistas, quia talis quædam earum forma.

Pag. 132. *Quæ verba non sit capienda, quasi virginis.*] Nisi tamen minores totidem globos fuisse placet, variè mox spargendos. Nec id abniam.

Pag. 133. *Istuc Ammianus.*] Licet addere descriptionē Grecam Ballistre, quam ex Procopio manucripto ad me misit vit eruditus & industrius David Hœschelius. Ea ab Ammiano non abit, & sic habet: Βελοσάρεος δὲ μηχαναὶ τὰς πύργας ἐτίθετο σι καλεστι βαλλίσεις τόξος δὲ χῆμα χέχυσον ἀνται, ἐνεργεῖ τε αὐτὸς κοίλη τις κεραία προχειρί. ἀντὶ τοῦ μεν καλεσφρά προπλεύν, σιδηρῷ δὲ εὐθεῖα τοι διπλάνεται. Επειδὴ τὰς πολεμίας ἀνθετεῖ Κύκλων Σέλεων ἀνθεσποι, Κρόχος βελοχειρος. ἐν ἑρόει τὰς ξύλας ἀνηλικαρεῖσι ποιῶσι, δὲ δὲ τόξος ἀνεκάρουμβαινει εἰδος. τόξοτε δέ τοι αὐτοὶ εἰ τῇ κοίλῃ κεραίᾳ τίθενται, τὸ δέλλον βελάν, ἀπει τοι τὸ τόξον αφίσσεται, μήπος μενέχριται ἡμίου μαλίται, ωρος δὲ καὶ τὸ πενταφλαστον. Πτεροῖς μέν τοι εἰ τῆς εἰωθόσσιν ανερχοται, ἀλλα δέ ξύλα λεπτά εἰς τοῦ πλευρῶν τινα καρεσσαὶ εργασταις, δόλον διατημαντηται, τὸ θέλημα, μεγάλη δὲ αυταὶ λιαν καὶ τὰς πασαχυς καὶ λογὸν τελμανίδα ἐμβάλλονται. σφρίγεστι τα πολλώιοι αμφοτεροι θεν, μηχαναῖς τοι. καὶ τοσοὶ οἱ κοίλη κεραία προσθέσαι σκηπτίδει μέν, ξυνάρμονται τοι εἰς τοι τὸ θέλημα, ωσε δέξικανται μέν εχθρον ή καὶ δύο τοι ζεύσιας βολαῖς, δένερπος δὲ ή λίθος διπλανούχων, τέμνει πρᾶσις. Τοιαύτη μέν η μηχαναὶ διπλανούχων δέ τοι ταῖς τοι φεγγόλας ἐπαλέξεισι, εἰς λιθῳ θορακας διπλανούχων. σφενδόνας δὲ αντειστηται μηχαναῖς, καὶ οὐαγροι διπλανούχων.

## LIB. III. DIALOG. III.

Pag. 169. *Vetus autem hoc de manuarys lapidibus, & quid nisi naturā ducet?*] Itaque Barbari & rudes aliorum armorum his etiam nunc utuntur. Et quidam ita scitè & fortiter (quod de Canariensibus Antonius Nebrisensis auctoritate ipse tradidit) quasi ex ballista aut tormento aliquo sulfurario torqueantur. Sed & ita certe, ut nullum oculis signum designarent, quod non t elo contingent.

## LIB. V. DIALOGI III.

*De rumicibus tribulisq; sparsis.]* Etiam Persas factitasse, è Curtio discas. Pag. 192.  
 Qui ita libro 1111. sub pugnam Alexandri cum Dario: *Nondum ad teli*  
*zactum persenerant, cum Bion quidam transfuga ad regem peruenit, nunc-*  
*tians Murices ferreos in terram defodisse Darium, quâ hostem equites emis-*  
*sorum esse credebat: notatumq; certo signo locu, ut fraus euitari a suis posset.*

## DIALOG. V.

*Aquisq; conspersa acriores excitat ignes.]* Cuiusmodi oleum aliquod Pag. 198.  
 Persas habuisse, quo vrbes & earum portas exurebant, in *Æliaño leges*  
 lib. v. Histor. Anni cap. iii. item Ammiano lib. xxiiii. Id autem è *Na-*  
*ptha* compositum, de qua varij:

## DIALOG. VII.

*Afferes aut trabes aduenientibus incussa.]* Trabe aliâ ita discuti perfrin- Pag. 204.  
 gique Turres solere, in Paulo *Æmilio* est exemplum, bello Sacro: *Adver-*  
*fus Genuensium Turrim, malum in muro erexerant, trabemq; transuersam*  
*suspenderant, ut eius intérieore capite reducto, ac mox magnâ vi remisso, ex-*  
*terioris in appropinquantem machinam velut aries incuteretur.* Quod etiam  
 mox additur, *Turres alias solere in eam strui: id verò ex ipso Cæsare do-*  
*ceatur, libro vii. de Avaricensibus obfessis: Totum autem murum ex omni*  
*parte turribus contabulauerant, atque has corijs intexerant.*

## DIALOG. VIII.

*Quem Lupum vocant.]* Lupi muralis descriptio in Procopio manuscri- Pag. 206.  
 pto: & ecce habes, missu Dauidis Heschelij: *E'ν δὲ ταῖς τούληις λύνες οἵτινες*  
*ἐπειδεντο, οἵτινες δὴ ποιοῦσι τόπον δέ. Δοκεῖ δ' οὐ iσώσαι εἰς γῆς ἀχει καὶ αὐτας*  
*ἐπειδεντο, οἵτινες μέντοι εἰργασσούμενα ἐπάλληλα θεμένοι, ταὶ μὲν ὄρθα τὰ*  
*δέ, ἐγκάρπια ἐναρπόζονται, οἵτινες ἐνεργεῶν τὰ ἐν μέσῳ εἰς ἀπάλληλα βοσκούμενα*  
*φάνερος. Ιδεῖσθαι δὲ ἀρμοίας ἐμβολάν τις περόχη, κανένα παγεῖται ταὶ μαλισταὶ ἐμφε-  
 ρήσοται. Ηγέρησθαι τὰ ἐγκάρπια οἵτινες δοκεῖ ἐπειδεντο πρόσφροι ἀνωθεν ἀχεις μοι-  
 εῖσθαι δίποτε τὸν ήμισιεν, ὅπηλας τὰ δοκεῖς δηλοῦσθαι τοις αὐτοῖς αναπλίνεσθαι εἰς ταῦ-  
 δαν αὐτοῖς ἐγκυτέρω φί πολέμους θεωταγ, οἱ δὲ αὐτοῖς ἀπεργοῦσι δοκέναι ταῖς πάροις,*  
*ἀπειπον. ἀνταὶ δὲ οἵτινες περόχης διπλούσιοι εἰσι πάπιστοι. Τοις πρέχεται δὲ*  
*έμβολῶν οἵτινες οὖν λαβούσι εὐπεπτώς κτενύσσοται Βελτιστεῖ Θεοὶ μὲν ταῖς πάροις.*

Ista nunc satis in Imaginibus, quædam monenda aut & addenda  
 erant, sed fiet cūni Deo, alias, alijs etiam suggesterentibus aut iuuanti-  
 bus, quod velim.

## INDEX

# M I N D E X .

## DIALOGISMORVM

### LIBRI PRIMI.

- M**iscellanei sermones, & pricipni  
semen atque occasio. Dialog. i.  
pagina 13
- De nomine & scripturā Leodici yrbis:  
tum initium sermonis Machinalis.  
Dialog. ii. 15
- Nomen Machinæ, Machiones, Manga-  
na. Origo rei tota inquisita.  
Dialog. iii. 20
- Divisio operis, tum de Oppugnatione  
subitâ & per Coronam. Dialog. iv. 23
- De Testudine militari, quid & quotu-  
plex ea? eius vis & robur. Dial. v. 26
- De Scalis, & earum aliquot generibus:  
de Sambucis. Dialog. vi. 33
- Crates, Vineæ, Plutei, Spaliones, Lefæ,  
Catti, & totum hoc genus explicatum.  
Dialog. vii. 40
- Testudines triplices, Aggestitæ, Fosso-  
riæ, Arietariae. Dialog. viii. 48
- De Musculo, & Cæsaris locus in eoex-  
aminatus. Dialog. ix. 51

### LIBRI SECUNDI.

- De Circumuallatione. eius multiplicis  
& operosæ exempla. Dialog. i.  
pag. 57
- Cæsar totus explicatus in verbis quæ su-  
præ Brachia, Lorica, Cerui, Stili cæci,  
& alia vicina. Dialog. ii. 66
- Agger totus strctus, & Cæsar is de eo  
locus. Dialog. iii. 77
- De Turribus. Ignoratæ olim. quando re-  
pertæ? Altitudo, Tabulata, Ferrea te-  
gmenta. De ijs Cæsar explicatus. Dia-  
log. iiiii. 85
- Pontium pleraque ratio. Primum Na-  
turalis, tum in Vtribus, in Cuppis: &  
Cæsar is in Rheno illustratus. Dia-  
log. v. 96

### LIBRI TERTII.

- De Ariete dissertio. quotuplex ille, &  
qualis in quoque genere. De Hele-  
poli, & Terebra breviter. Dialog. i.  
pag. 107
- De Carapulcâ: & primū de nōmine/  
Maiores, & Minores: tela carum, vis,  
& forma. Dialog. ii. 119
- De Ballistâ, & Manganicis. Varia item  
nomina: Lapidum moles & effectus:  
de Neruis, & Crinibus. Dialog. iii. 127
- Scorpiones quid, & quo telo? Dialog. iv. 143
- Muri veterum cuiusmodi? seorsim &  
Gallorum. Dialog. vi. 144
- Qui & ubi Machinas fecerint, tulerint-  
que. Dialog. vi. 153

### LIBRI QVARTI.

- Conuicuum, & in eo Apri olim solidi,  
pluscula in hanc rem dicta. Dialog. i.  
pag. 155
- Ad Tela ventum, & de Fundis primò  
dictum: inventio, forma, excusio.  
Dialog. ii. 160
- Triplex aliud genus Fundæ explicatum.  
Dialog. iii. 165
- Iacutorum diuisio, & genera. Sudes,  
Faces, Præpilata, Lanceæ, & adiun-  
cta. Dialog. iv. 170
- Amenta quid fuerint, & quo fine. Dia-  
log. v. 181
- Arcus & Sagittarij descripti. Dia-  
log. vi. 183

### LIBRI QVINTI.

- De Repugnatione additum: & primò  
quid in Testudinem, aut Scalas. Dia-  
log. i. pag. 187
- Plura alia in Ascendentes. Oleum; Va-  
sa pi-

sa picis, sulphuris, bituminis, & in fundis iacta. Plumbum, Ferrum, Are-	log.vi.	201
na, Retia. Dialog. ii.	189	In Turres, Ignes iacti : Trabes incusæ. aliam Turres strucæ. Dialog. vii. 204
Fœnum Græcum sparsum, Rumices & Varia in Arietem, & Vegetius explicata. Tribuli. Dialog. iii.	192	tus. Dialog. viii. 205
Dolia, Cylindri, Molares, Columnæ, In tela alia, usus coriorum, ciliciorum, Metellæ, & talia iacta. Dial. iv.	194	rotarum. Dialog. ix. 209
Saxa in Machinas, tum Ignes. quid Mal- Libatio in mensâ, honoris index: quibus leoli, Vncl, Falarica, Dialog. v.	196	exhibita. Dialog. x. 211
Contra Aggeres, Cuniculi, Ignes, & An & quæ machinarum possint habere alius Agger, aut eleuatio. Dia-	nunc usum. Dialog. xi,	213

### FINIS.

### APPROBATIO.

*Hos Poliorceticon Iusti Lipsij libros ad claram Historia cognitionem, magno studiorum fructu edendos censeo.*

Henricus Cuyckius D. Petri Louanij Decanus,  
& Pontificius ac Regius librorum Censor.

# PRIVILEGIUM CÆSAREVM.

**R**UDOLPHVS SECUNDVS diuina fauente clemētia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Stiræ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Nostro & Sacri Imperij fidieli dilecto IV STO. L IPSIO gratiam nostram Cæsaream. Postquam inter alia, quæ DEVS immortalis hominibus liberali manu dedit dona, illustria in primis illa & quasi diuina sunt, quæ in litteris liberalibusque disciplinis consistunt, quibus scilicet homines non tantum ab animalibus ceteris rationis expertibus, sed à rudi etiam & imperito hominum vulgo ita distinguuntur, vt tanquam Dij quidam splendescere in terris videantur: rem sanè præclaram sequē dignam illi præstant, qui diligentem iis ipsis in litteris ac disciplinis operam ponunt; præclarissimam verò & Reipub. utilissimam, qui eas ita excolunt, vt aliorum menti docendo, scribendo lumina præferant, eosq; ex ignorantiae tenebris quasi manu educant. Quos excitare, quos amare atque animare ad dignitatis nostræ munus, ad quod Diuino vocati beneficio concessuq; sumus, in primis pertinere existimamus. Cùm itaque ab iis, quorum nobis spectata fides, quiq; iudicare de Litteris possint, acceperimus, insignes te animi ingeniique tui dotes tibi à natura insita, à primis temporibus ætatis tuæ ita litterarum ac disciplinarum studiis excoluisse atque exornasse, vt olim iuuenilibus adhuc annis præclara florescentis minimeque vulgaris eruditio specimina præbueris, dum obscura in antiquis scriptoribus loca, quæ quædam tanquam lustra erant, illustrasti, quæque in iis iniuria temporum depravata & corrupta fuerunt, restituisti, dum vetusta Latinæ antiquitatis rudera in novam subinde structuram singulari artificio eleganter conuertisti: ad exquisitam adeò & raram doctrinam, quæ magnam de te apud doctos quosque viros opinionem excitarit, peruenisse, eamq; variis abs te libris acri & graui cum iudicio scriptis atque in lucem editis ostendisse, vt in eo quod tam feliciter tractes scriptoris genere paucos tibi pares hodie reperiire sit: iam verò matura te grata virum, viro magis magisque digna, & viris doctis grata ac Reip. utilia scribere, quæque à primis illis Romanis olim auctoribus scripta fuerūt, à mendis purgare, & lectorissimos quoque ex Musarum hortis, in quibus assidue verseris, flores colligere, connnare, quibus Lectores mirificè recrees, & eorum pectus ad prudentialiam probitatemque informes: haudquaquam prætermittere voluimus, quin Reipub. ad quam hac abs te ornamenta conferuntur, causa, Cæsareo te nostro elogio decorandum, & quamuis per te satis ipse animatus sis, animandum magis patrocinioque nostro defendendum pro benigna nostra in te susciperemus voluntate. Quoniam verò lucubrationalibus atque operibus tuis in lucem edendis, peculiarem te eligere velle Typographum, accepimus, Diplomate hoc nostro priuilegioque te & Typographum tuum aduersus quorumcumque fraudem, qui lucru causa, quod fieri solet, eadem excudere aut typis imitari fortè velint, munitos cupimus. Quamobrem pro auctoritate nostra Cæsarea decernimus,

mus, statuimus, vetamusque, ne quis Typographorum, Bibliopolarum,  
aut aliorum, quilibrariam negotiationem exercent, eos libros, quos tu  
editurus es, quocumque modo, charactere, aut forma, siue integrros, siue  
aliquam eorum partem typis imitari, edere, excudere, aut venundare  
intra sacri Romani Imperij, Regnorumq; ac Dominiorum nostrorum  
haereditariorum fines triginta annis proximis à primo editionis die cō-  
putandis, absque tuo tuorūmve heredum consensu audeat: Hac autem  
lege addita, ut tria ut minimūm cuiusq; libri exemplaria, quemadmo-  
dum moris est, ad Imperiale nostram Cancellariam mittantur. Si quis  
verò editum hoc nostrum transgredi, violare, aut contemnere depre-  
hensus fuerit, eum non solum eiusmodi libris, tibi, heredibusve tuis, au-  
xilio Magistratus, vbi cunq; reperti fuerint, vendicandis, priuari, sed tri-  
ginta etiam Marcharum auri puri mulcta, cuius semissis quidem Fisci  
nostrī Procuratori, fraudis vindici: alter verò semissis, tibi heredibusve  
tuis pendatur, puniri volūmus. Mandantes vniuersis & singulis nostris  
& sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis  
quam Politicis, cuiuscunque status, gradus aut ordinis extiterint, pra-  
fertum verò iis, qui in Magistratu constituti, vel suo vel superiorum suō-  
rum loco aut nomine, ius dicunt, iustitiāmve exercent, ne quemquam  
hoc Priuilegium nostrum impunē violare, spernere aut negligere pa-  
tiantur: Sed, si quos contumaces compererint, constituta à nobis mul-  
cta, eos puniri & quibuscumque modis coērceri curent, ni & ipsimet  
grauiissimam nōstram in se conuertere indignationem velint. Id quod  
hoc Diplomate, manu nostra subscripto, & Cesarei nostri sigilli impres-  
sione munito, confirmamus. Datum in arce nostra Regia Pragæ, die  
prima mensis Augusti, anno Domini millesimo, quingentesimo,  
nonagesimo secundo: Regnorum nostrorum Romani decimo septi-  
mo, Hungarici vigesimo, & Bohemici itidem decimo septimo.

*Subsign.*

RUDOLPHVS.

Iacobus Curtius à Senftenaw.

*Ad mandatum sacre Cesareæ M<sup>III</sup> proprium.*

Io. Barutius.

*Additum sigillum Cæs. M<sup>III</sup> in cera rubra.*

S V M.

## SVMMA PRIVILEGI REGIS CATHOLICI.

**P**HILIPPVS Dei gratiâ Hispaniarum, &c. Rex Catholicus, diploma-  
te suo sanxit, ne quis, Iusti Lipsi Historiarum in Alma Vniuersitate  
Louaniensi Professoris, & item Historiographi sui libros quoscumque, à  
Censoribus legitimis approbatos, præter ipsius heredumve eius, voluntate-  
tem, intra triginta annos à primâ singulorum librorum editione computan-  
dos imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has inferioris Germania ditiones  
importet, venalesve habeat. Qui secus faxit, præter librorum confi-  
scationem triginta marcharum auri puri illatione multabitur, ut latius  
patet in litteris datis Bruxella, XIV. Febr. M. D. XCVII.

Signat. Verreycken.

## SVMMA PRIVILEGI REGIS CHRISTIANISSIMI.

**H**ENRICVS Dei gratiâ Galliarū & Nauarræ Rex Christianissimus,  
singulari priuilegio sanxit, ne quis per vniuersos Regnorum suorum  
fines, Iusti Lipsi, quos vel haec tenus edidit, vel in posterum editurus est li-  
bros, excudere intra decennium præter voluntatem ipsius possit. Qui secus  
faxit, præter librorum confiscactionem, ter mille florenorum illatione mul-  
titabitur; ut latius patet in litteris, datis Parisiis, XIII. Iulij, M. DC. V.

Signat. Perrochel.

**T**Ibi IOANNES MORETE, pro amicitiâ quæ mihi cum Plantino (heu,  
quondam meo) & Plantinianis est ac fuit, tibi, inquam, pernitto, ut hos  
POLIOR CETICAN Libros typis tuis excudas ac diuulges. Ne quis alius  
præter te, cupio siue iubeo, ex lege quam magnus Cæsar & Reges dixerunt.

*Iustus Lipsius.*

## SVMMA PRIVILEGI PRINCIPVM BELGARVM.

**A**LBERTVS & ISABELLA CLARA EVGENIA Archi-  
duces Austriae, Duces Burgundie, Brabantie, &c. Serenissimi Belga-  
rum Principes, diplomate suo sanxerunt, ne quis IVSTI LIPSI Historia-  
rum in alma Vniuersitate Louaniensi olim Professoris, itemq; Historiographi &  
Consiliarii sui libros quoscumque, præter Balthasaris Moreti vo-  
lantatem, ullo modo imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has Inferioris Germania ditiones  
importet, venalesve habeat. Qui secus faxit, con-  
fiscatione librorum & aliâ graui pœna multabitur, ut latius patet in lit-  
teris datis Bruxella, XVII. Ianuarij, M. DC. XI.

Signat. S. de Grimaldi.


Et in Concilio Brabantie,


I.de Buschere.



**ANTVERPIÆ,**  
**EX OFFICINA PLANTINIANA,**  
**APVD BALTHASAREM MORETVM**  
**M. D C. X X V.**







A 091/121

UNIVERSIDAD DE SEVILLA



600701892

625896490

625896763

